TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1414**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Busolini

pr. Petr.

Theolog.

1768

1414

i8

si:
cera
ceij.
i
s
a:
lia:
aa:
di
ul:
tanj
tos
8
r,
icos
ati:
ca.
in
velu:
ey
i la:
ce

Auctore Petro Bussolini.

Tractatus
De Deo Uno, et Trino

Proœmium.

Quoniam ea, quæ de Deo, ejusq; attributis agit, juxta partitionem D. Thomæ Theologia prima nuncupatur, propterea plurium Theologorum more est huic notiones generales, divisionesq. Theologiæ nec non ejusdem principia, seu locos theologicos præmittendi. At quia de his non nisi duobus ab hinc annis actum a nobis sit, ne tam cito eadem repetamus, de quibusdam solum, ac summatim visum est Tirones admonere. Primo Sacram Theologiam generatim inspectam esse = veram divinarum, aliarumque ad Deum referentium ex revelatis principiis, vel naturaliter cognitis comparatam doctrinam = Secundo ratione methodi eam dividi in positivam, et Scholasticam, et hanc ceterarum facultatum praestantissimam esse Ecclesiæ utilissimam, et ideo constanter tenendam, excolendamque adversus Novatores, quorum in illam maximum odium exponit Melchior Cano de locis lib. 8 cap. primo. Tertio ratione objecti, seu rerum, de quibus agit, dividi in speculativam, et practicam, seu moralem, in Polemicam Dogmaticam, Adiaphoram, aliasque hujusmodi divisiones pati. Quarto demum ejus principia, ex quibus sua argumenta depromit, decem a laudato Cano recenseri, quorum septem priora ejusdem propria sunt, cetera vero adscriptitia ac veluti ex alieno emendicata. Primus autem locus theologicus est infallibilis auctoritas sacræ Scripturæ, quæ in libris Canonicis continetur, et vocari eam consuevit verbum Dei

scripturæ. Secundus est auctoritas traditionum Christi, et Apostolorum, quæ, quia scriptæ non sunt, sed de aure in aurem deductæ vivæ vocis oracula, seu verbum Dei traditum rectissimè apellantur. Tertius auctoritas Ecclesiæ. Quartus Conciliorum, maximè generalium. Quintus Apostolicæ Sedis. Sextus SS. Patrum. Septimus theologorum Scholasticorum, et juris Pontificii peritorum. Octavus ratio naturalis. Nonus auctoritas Philosophorum. Decimus humana hystoria. Quantum vero quisque in theologia roboris habeat ad theologicas conclusiones deducendas, singillatim suo loco dicebimus, et ubi res postulabit, aperiemus.
His breviter præmissis primum, ac præcipuum theologiæ tractatum agredimur, quem (si vera Sapientiæ de Deo uno, et trino sapientiæ desideratis) etiam atque etiam deprecamini dilectissimi Candidati, =ut det vobis Spiritus Sapientiæ et revelationis in agnitione ejus illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis, et quæ divitiæ gloriæ hereditatis ejus in sanctis, et quæ supereminens magnitudo virtutis ejus in nos=; ut monet Ap. Eph. primo v. 17 et seqq. cui accedit illud Jacobi cap. primo vers. 5 = si quis vestrum indiget Sapientia (quis vero non indiget!) postulet a Deo qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur ei =.

De Deo Optimo Maximo
eiusque praedicata absoluta
Caput I
De existentia Summi, et Veri Dei
Articulus I
Praemittuntur nonnulla.

I. Tametsi in sacris litteris Dei nomen etiam hominibus scilicet propter aliquam participationem divinae virtutis, et potestatis, interdum tribuatur, ut cum Exodi 7 v. 1 Deus alloquens Moysen inquit = ecce constitui te Deum Pharaonis =, et cap. 22 v. 28 = Diis non detrahes =; hoc est principibus, item psalmo 81 de judicibus = Deus stetit in synagoga deorum = et infra = ego dixi: Dii estis =; postquam psalmo 46 de Magistratibus praemisisset = Dii fortes terrae vehementer elevati sunt =, si tamen eiusdem primariam, et Philosophicam significationem accipiatur soli rerum omnium principio, ac fini convenit. Igitur nomine Dei in praesenti intelligimus cum Tertulliano lib. primo contra Marcionem, et cum Anselmo in monologio cap. primo: ens quoddam, O. M. innatum, infectum, sine initio sine fine Summum omnium, quae sunt = et ut verbis D. Anselmi utamur = unam naturam summam omnium, quae sunt solam sibi in aeterna beatitudine sua sufficientem, omnibus rebus aliis hoc ipsum, quod aliquid sunt, aut quod aliquo modo bene sunt per omnipotentem bonitatem suam dantem et facientem =. Neque enim nomine Dei hic aliud quaerimus, neque aliud intelligunt Theologi. Quod si S. Scriptura homines etiam inter-

duū hoc nomine donat, ut psalmo subdit etiam ibidē v. 7: Vos autē sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis =.

2 Utrū verera extiterint, qui hujus supremi entis existentiam insinuaverint non modo practicē, idest vita et moribus, sed etiā speculativē, seu ex ãō, et directe, controversia ē inter Doctores, et partē negantē sustinet cū aliis Honoratus Tornelē, quā probabilē dicit Joan. Laur. Berti in argumento ultimo, qd afert ad probandā Dei existentiā. Hujus igitur sententiæ Doctores, duū in sacris ll, et PP. Athei perstringuntur, eos designari contendunt, qui ita perdite vivunt, ac si Deus n̄ eēt et vellent ex ãō ut eē, qd suorū criminū justū vindicē intimo conscientiæ sensu reformidant. Equidē, postquā dixit psalmista = dixit insipiens in corde suo: n̄ ē Deus = psalmo 13, statī subdit = corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis = hoc ē interprete S. Aug., duū amant hoc seculū, et n̄ amant Deū, ipsa sunt afectiones, quæ corrumpunt ãā, et sic excæcant, ut possit etiā dicere insipiens in corde suo: n̄ ē Deus = et paucis interjectis = amens ē quidē cogitare (nempe ex pravo afectu videlicet quā vellet, n̄ eē Deū) n̄ amens ē dicere =. Et lib. de vera religione cap. 38 = nego, ē quamquā istorū, qui nihil colendū existimant, qui n̄ aut carnalib. gaudiis subditus sit, aut potentiā vanā foveat, aut aliquo spectaculo delectatus insaniat =

3 Verū quidquid de hac controversia sit, unū scilicet

extiterint, quibus illuc pervenisse fuerit nullo exitu re[illegible], hoc saltem extra controversiam est, extitisse quamplures Atheos practice, et externe, quorum scilicet vita, ac perditi mores recensentur tum in litteris sacris a sanctis PP. ut manifestum est ex veteris scripturae et [illegible] testimoniis. certum est item plures extitisse Atheos indirecte, qui nempe perfectionem aliquam Deo detrahentes vel creationis aut religionis cultum impendendum qui soli Deo deberi, vel providentiam Dei negantes, consequenter et indirecte Deum ipsum negare censentur. His recensent nonnulli Americanos, veteres Ethiopes, et Sinas pollentes ingenio, quorum argumenta convenerunt [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] theoria, sed alii etiam, qui, ut plerique antiqui apud Graecos litteris tradiderunt, in ultima etiam Italorum regione Atheismum professi sunt, [illegible] docuerunt, qui omnes illud asseruerunt, religionem Numinisque potentiam a viris prudentibus, fuisse excogitatam, ut animos timore poenae concussos a perpetrandis sceleribus cohiberent, eo fere modo quo fieri solent inanibus pueris, ac larvis terreri. Unde Petronius Arbiter in Satirico.

(a) Primus in orbe Deos fecit timor ardua caelo
fulmina cum caderent.

4. His accedunt Aegyptii ceterique Gentiles, quos tamen ridiculorum [illegible] Numinum cultores extitisse constat etiam ex profana litteratura quorum [illegible] [illegible] Juvenalis Satira [illegible].

sonum, et sæpe nefas violare, ac proregere mensa
et sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina.

Articulus 2dus

Statuitur veritas dogmatica.

5. Conclusio Existit Verus, et summus Deus, ejusque existentia demonstratur a posteriori

Primò hujus dogmatis partem manifestè tradunt sacræ litteræ, ut Exod. 3 v. 6, ubi legitur: ego sum Deus patris tui, Deus Abraham ..., et v. 14 ego sum qui sum. et psalmo 144 v. 3 magnus Dominus, et magnitudinis ejus non est finis; in novo autem testamento Hebræorum 11 v. 6 sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet, accedentem ad Deum, quia est et ... idem, videlicet omnibus credendum proponit Ecclesia in symbolo, quæ sub illis verbis credo in unum Deum omnipotentem factorem cœli et terræ, visibilium omnium, et invisibilium. Porro hæc testimonia ex sacra auctoritate depromta manifestè ... traduntur veri, ac summi Dei existentiam ... altera pars dogmatis ex eadem sacra auctoritate constat ... quippe demonstratio a posteriori, qua per effectus demonstramus existentiam causæ: cum scilicet existentia causæ existentia hujus necessario connexa est, quandoquidem, ... nihil ... sacræ litteræ ... ad existentiam creaturarum mentem nostram ... ... Deum ... vanisunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, et de his, quæ

videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est =
Sapientiae 13 v. primo. Et in novo Romanorum primo
a v. 18 reprehenduntur ii, qui veritatem Dei in inju-
stitia detinent: quia, quod notum est Dei, manifestum est
illis. Deus enim illis manifestavit; invisibilia enim ipsi-
us a creatura mundi per ea, quae facta sunt intellecta
conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus, et divi-
nitas, ita ut sint inexcusabiles. = Quibus et innumera-
bilibus multis locis Scripturae palam asseritur, posse homines
ex iis, quae facta sunt Dei existentiam percipere ut
qui illam ignorant inexcusabiles omnino sint. Super-
vacaneum videtur in re tam facili et obvia multa ex
PP. testimonia congerere. Pauca igitur afferimus. S.
Anselmus in proslogio cap. 3 apud Tournelyum: dixit insipiens in corde suo non est Deus. Cur nisi
quia stultus est, et insipiens? = Equidem nemo sui com-
pos est, qui si velit intelligere Deum hujus mundi
auctorem non agnoscat. haec est vis verae divinitatis, in-
quit S. Aug. tractatu 106 in Joan. n.° 4, ut creaturae
rationali jam ratione utenti non omnino ac penitus
possit abscondi. = Et jam diu antea dixerat Tertullia-
nus contra Marcionem cap. 10, Deum habere testimo-
nia totum hoc quod sumus, et in quo sumus

Ex manifesta igitur sacrarum auctoritate, accedente communi Patrum consensu, planum est existere
unum Deum. Porro quia Athei nisi omnes, plerique saltem et
... et S. Patrum auctoritatem despiciunt, eos propria illorum
argumentis aggredimur, quorum primum metaphysicum erit,

ex veri creatorum contingentia depromptas. Physicum alte-
rum ex universi pulchritudine, et armonia. Tertium morali-
te ex communi omnium gentium consensu. Hi vero priores adhi-
bet etiam [illegible] Thomas prima parte quest. [illegible] art. 3

Primum momentum Metaphysicum
ex veri creatorum contingentia.

7 Ex veri creatorum contingentia metaphysice demonstran-
te agredimur existentiam Dei sub duplici consideratione
inspecti, hoc è sub ratione causæ primæ, et improductæ
et sub ratione entis necessarii. Ut autem ex veri creatorum
contingentia metaphysice demonstrata existentia Dei
sub conceptu causæ primæ et improductæ [illegible] requi-
runt, et sufficiunt. Primo ut evidens sit creaturas exi-
stere: [illegible] ut res creatæ necessariam habeant cum causa
prima, seu ente a se, connexionem. [illegible], ut hæc connexio
sit evidens cognoscibilis. Hæc enim si adsunt evidens
ac metaphysice inferunt existentiam Dei sub conceptu
causæ primæ. Atqui hæc omnia evidens constant.
Primum enim quis adeo desipiat, ut infitietur? eius
jam actum esset de demonstratione, et scientia proprii
nominis in homine viatore, nulla igitur probatione
eget. [illegible] et tertium hac ratione demonstrantur. Omnis
res, omnisque causa in toto entium, et causarum cumulo
existens vel est facta, vel non facta: hæc duo contradicto-
ria sunt, quæ proinde medium non admittunt; sed non omnis
res omnisque causa in toto entium est facta: ergo in toto entium, et
causarum cumulo existit aliqua res, seu causa, quæ non est facta.
Consequentia est evidens, [illegible] etiam minor nemo sane mentis

p̄t negare, nuo sit illius equivalens; iam vero minor
minor probatione indiget, quæ hoc modo. si oīs res, cuique
causa in tota entia, et causanū collectione existens, eēt
facta ab alio deberet eē facta: idē enim fieri a semetipso
evidenti repugnat, ut suppono ex phīa; sed nō oīs res,
omnisque causa in tota verū, et causanū collectione exi-
stens ab alio ē facta. Probatur hæc minor: nā hoc
aliud eē nō p̄t extra prædictā collectionē, quia extra
totū nihil ē; sed neque p̄t eē intra; si enim hoc aliud
eēt intra hanc collectionē, aliquod ex his tribus neces-
sario consequeret, aut scilicet illud idē produci a se
metipso, aut mutuo produci ab alia causa, a se ipso
prius producta, aut intra totā hanc verū etc. admitt.
debere processū in infinitū. Quippe, si et hoc aliud intra
hanc collectionē factū eēt, nulla alia ratione fieri nō liceret
cogitent et recogitent adversarii, nullā aliā sane inveni-
ent. Porro hæc tria quantā absurda sint nemo non vi-
det, et apertissime declarant hæc principia lumine
naē nota, et communi consensu probatā. eē quod
ē factū ē ab alio factū, et nō a se ipso: ut prieva per se
inviciā sint, nulla patitur ratio quoniā irrationabile, ac-
{idē ē, ut aliqua res sit prius illud, cui dat eē: re-
pugnat processus in infinitū in serie causarū, quin deve-
niatur ad unā primā causā prorsus improductā in
qua tandē sistatur, et in quā respondatur tota suffici-
entia ad existendū. Concludendū ē igit nō oēm rē
omnemque causā in tota verū, et causanū collectione
existente, eē factā, atque necessario admittendā esse

causā aliquā a se, et improducta.

8 Quod, ut magis pateat, hunc non eē, nunc meras spe-
culantis conatū, seu figmentū, sed solidā, et ineluctabilē demonstrationē, propterea hoc idē argumentum
solet etiā alio modo proponi, ex qu. sic. singula creatu-
ra sunt ab alio. ergo etiā tota creaturarū collectio,
etiamsi infinitā cū Atheo dicamus, ē ab alio. sed nō ē
ab alio inadaequate distincto, hoc ē existente intra
ipsā collectionē: secus illud vel immediate, vel me-
diate per mutuā duorū causalitatē produceret se
ipsū, qđ primū ē qđ evidenter repugnat ergo ē ab
alio adaequate distincto, hoc ē existente extra totā
creaturarū collectionē. Rursus sic sumo. Atqui
illud ē causa prima improducta, nempe Deus;
ergo. Prima consequa q manifesta: licet enim illatio
a sensu distributivo ad collectivū nulla sit, quā
sermo ē de praedicatis accidentariis, optime tn ē
cum agit de praed. essentialibus, cujusmodi praedi-
catū ē in creatura eē ab alio et potissimū hoc
optime quia [illegible] propter [illegible] praedicatū conveniunt
singulis, reperiatur etiā in tota collectione ut accidit
in praesenti. Tota quippe collectio creaturarū creatu-
ra ē, quae in suo formali conceptu ē [illegible] ab alio.

9 Praeterea hanc Metaphysicā Dei existentiae de-
monstrationē per creaturas, sub conceptu entis ne-
cessarii consideratū [illegible], facta etiā suppositione, mundū
extitisse ab aeterno quoad se entia permanentia et
successiva, nullum evidenter repugnat, quidquid hactenus

existit, et nunc existit, illud sit contingenter existens; ergo datur aliquod ens necessario existens. P. antecedens: si quidquid hactenus extitit, et nunc existit illud sit contingenter existeret, fieri potuisset, ut nihil unquam extitisset, neque actu existeret, sed hoc evidenter repugnat; ergo evidenter repugnat quidquid hactenus extitit, et nunc actu existit, illud esse contingenter existens. M. constat ex ratione entis contingentis. P. minor. Evidenter repugnat, nihil unquam fuisse possibile: possibilitas enim est praedicatum necessarium; sed in hypothesi, in qua nihil extitisset neque actu existeret, nihil omnino fuisset possibile. Neque enim qua ratione potuisset aliquid existere, quum ex nihilo, et a nihilo nihil proveniat, nec etiam posset? an producendo se ipsum? sed evidenter hoc repugnat. An per mutuam duorum causalitatem quoad primum esse? sed hoc est absurdum quam maxime. Concludendum igitur est ex contingentia rerum recte metaphysice demonstrari existentiam Dei, neque solum sub conceptu causae primae, et improductae, quod primum atque praecipuum, sed etiam sub conceptu entis necessarii.

Alterum Momentum Physicum

Ex ordinata mundi structura et hac ipsa.

10. Stupidus sit oportet, qui in admirationem etiam invitus non rapiatur mundi pulchritudine, summa rerum quae in eo sunt, multitudine et varietate, aequabili temporum serie, fixa temperatarum

12

vicissitudo, ampla calorum molles, videre dei-
nitae conversiones, constans denique nec [illegible]
Hinc Minutius Felix apud Tornely inquit: siquis
hanc veritatem existentiae Dei tam claram, et perspectam
in dubium vocaret, Caelum ipsum videat, quam late tendit,
quam rapide volvitur, vel quod in noctem astris distin-
guitur, vel quod in diem sole lustratur: videat et
annum, ut solis ambitus faciat, et mensem luna auctu
senio labore circumagat. Inspiciat tenebrarum, et lu-
minis recursantes vices, ut sit nobis operis, et quietis
alterna reparatio. Contempletur ver cum suis floribus,
aestatem cum suis messibus, gratam autumni maturita-
tem, et olivitatem hyemis necessariam. Mare intendat le-
ge littoris stringitur: aspiciat Oceanum, refluit re-
procis aestibus. Videat fontes, manant venis perennibus,
fluvios intueatur, eunt semper exercitis lapsibus.
Quis porro sanae mentis unquam cogitaverit, haec omnia
casu, ac fortuito contingere, non autem suprema quadam
intelligentia, ac sapientissimo Dei consilio regi, et ordi-
nari? Nemo unquam sanae mentis [illegible] maximam, suisque
legibus bene temperatam rempublicam [illegible], vel exercitum
[illegible] vel aedificium ad gratam, et com-
[illegible] sine rectore, [illegible] moderatore, sine duce, et
sine architecto hoc ea cogitavit [illegible] machinam, [illegible]
[illegible] aspectavit [illegible]
[illegible] moderatore [illegible]
[illegible] concursu atomorum [illegible]
ait [illegible] apud Tullium [illegible]

aut templum, aut domum, aut urbem nonne illa sunt
minus operosa, et multo quidem faciliora? = Unde
Aug. serm. 27. in psalmum 118 inquit = Quis enume=
rat saltem generatim testimonia Dei? Caelum et terra,
visibilia, et invisibilia opera ejus dicunt quodam mo=
do testimonium Bonitatis, et magnitudinis ejus; et ipse
cursus naturae, usitatusque rerum, quo temporum vices
volvuntur in rerum quarumcunque generibus quamvis tempo=
ralium, atque mortalium qua certa consuetudine vixerunt,
si pius considerator advertat, perhibet testimonium Crea=
toris. = Unde etiam Orpheus cecinit

Mundi machina est musica
Et admirabilis consonantia
Praedicans, et laudans Deum.

11 Veni ad nos metipsos oculos convertamus. Nulla
enim in toto corpore pars invenitur, quam mirabili
organorum structura infinitam Supremi artificis Sapien=
tiam non manifestet. Nonne enim ossa tanquam trabes, quae
carnes sustentarent, consolidavit? Nervos, ac musculos
flexibiles fecit ad motum. Venas, arterias velut tubos
excavavit ad continendum sanguinem, ne impotenter
diffueret. Sanguinem ac spiritus aereos occultis canali=
bus per universum corporis ambitum diduxit, elevavit,
fecit ad vitam et actionem. Et humores tam varios ac
pugnantes tam amice temperavit ad omnis venustatem,
et totius corporis sanitatem. Quis pellem tanquam vesti=
tum quoddam tegumentum circumduxit ad ornatum et
defensionem membrorum? Cerebrum nec durum, nec omnino

14 fuerit, sed molle construxit ad recipiendas conservandasq; rerum species; cuius in vultu tam diversa lineamenta fecit, ut simul oes similes videamur et singuli inter nos dissimiles inveniamur; quid vero orē de de nā? cujus tanta e[st] acuitas in sortando, acumen in intelligendo, in volendo libertas, tantaque aliarum perfectionum accumulata congeries, ut nihil ea praestantius videamus, et merito S. Aug. lib. 10 de civit Dei cap. 12 hominem apellaverit = miraculum omni miraculo majus =; ergo necesse omnino e[st] agnoscere supremā aliquā mentem, et intelligentiā, quae hominē condiderit, et regat, id e[st] Deus est.

Tertium Momentum Morale
ex persuasione diu[tur]na, et universali.

12 Maxima certe vim habere debet in re tal quavis unanimis hominum maxime sortem consensus. Cuius enim sibi persuadeat, omnes in hoc decipi, aut decipere velle? quod scilicet consensus ipsius nae voce, et, ut ait Tullius lib. primo de nat. Deorum cap. 17 = quod omnium nae consensit id verum esse necesse e[st]; atque omnes omnino (paucis ad summum exceptis) Dei existentiam fatentur. Et quidem de Phis et sapientibus secundum potissimum res in hoc argumento [illegible] id perspicue multaque eruditione ostendit Rudolphus Cudworthus systematis intellectualis cap. 4. De populis vero, et nationibus celebre e[st] illud Plutarchi, hoc e[st] inveniri, inquit, urbes muris, litteris, legibus, opibus, numismate carentes [illegible] et [illegible] atrorum nescias; urbem vero templis, aut Diis carentem indisc

nemine. Plato de legibus lib. 10 - omnes, inquit, et Graeci, et Barbari, Deos esse consentiunt = Tullius lib. primo de nat. Deorum cap. 17 = quae e gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum = Seneca Epist. 117 = veritatis argumentum e aliquid omnibus videri. Tanquam Deos esse sic inter alia colligimus, quod omnibus de iis opinio insita e, nec ulla gens usquam adeo extra leges, moresque projectos, ut non aliquos Deos credat = Quod adeo verum e, ut gentes etiam, quae verum Deum non noverunt, in numen aliquod sibi ignotum adorandum colendumque judicaverint. Sic Laertius Epimenidem Cretensem sine nomine aras sacrasse quod resciret, cui Deorum esset pro avertenda peste sacrificandum: veteres Romanos occasione terraemotus, ferias observari mandasse, sed, ne errarent Dei nomen siluisse, scribit Agellius lib. 2do cap. 28. Quid dicam de aris, quas ignoto Deo a gentilibus olim sacratas scribit Macrobius, aliquam a Nonne et Paulus invenit Athenis aram ignoto Deo, ut leg. in actibus Apostolorum cap. 17. v. 23? Gravissimum huic sententiae pondus adducit etiam veteres Ecclesiae Patres. Tertullianus lib. primo contra Marcionem cap. 10 = ab a primordio conscientia Dei dos e, eadem nec alia et in Aegyptiis, et in Syriis, et in Ponticis = Lactantius lib. primo cap. 2 = neque difficile sane fuit paucorum hominum prave sentientium redarguere mendacia testimonio populorum, atque gentium, in hac una re non dissidentium - S. Hieronymus Epist. ad Nepotianum = totius mundi una vox e: Deus est. et Anselmus = universi

versum genus humanum Deum mundi hujus, ac ejus auctorem.

13 At ne pluva. Si tanti, ac tam multiplicis luminis beneficio Athei supremum verum omnium Opificem non agnoscunt, ut verius dicam, agnoscere nolunt, venerantur quod ait Aug. enarrat. in psalmum 13 nº 25: at quid faciam talibus? Ostendam quod non videntur, non possum: non enim propter illos Deus visibilis (nempe oculis corporeis) fieri debet... Mitto igitur alias demonstrationes: quae afferri solent a Doctoribus ad probandam summi entis existentiam. Quamvis e communis, ac certa Theologorum sit sententia existentiam Dei a priori demonstrari non posse cum Deus utpote ens a se, nullam sui causam agnoscat; plures tamen excogitatae fuerunt demonstrationes ab Antonio Perez, Riva, et aliis quibus non a priori quidem, sed quasi a priori, hoc e per conceptum definitivum Dei, vel aliud praedicatum ei prius demonstratum a creaturis, demonstrari contendunt Dei existentiam. His recenset sequens demonstratio. Ens a se e possibile: ergo existit. Minor patet, quia in his terminis Ens a se intellectui serio cogitanti nulla omnino apparet repugnantia. Sequela vero e legitima: quippe quia ens a se nullam sui causam agnoscat a qua possit limitari, necessario includit omnem perfectionem maxime vero existentiam. Verum quia a omnibus Catholicis, doctisque viris ejusmodi demonstrationes proveniunt ex. gr. Mastrio et Antonio Perez, nemini refugiat deligere eam, quae omnium consensu ad Dei existentiam demonstrandam aptissime, sunt

Objectiones et Solutiones.

14 Dices primo: Hic sunt omnibus divina, idea, ea demonstrari non permittit illa propositio, creaturam ordine sit

manifesta, ex ipsa ratione fidei divinae, quae ab Apostolo Heb. 11 v. 1 definitur argumentum non apparentium, unde colligunt plures Theologi, fidem cum evidentia de eodem objecto componi non posse, traditur a S. Clemente Alexandrino qui in lib. Stromatum fragmentis docet, Deum esse fide credi oportere, demonstrari ratione non posse. item a S. Athanasio, cui Epistola ad Serapionem ait: divinitas non demonstratione rationum traditur, sed fide, et pia cogitatione cum religione. Atqui sic sumo; atqui existentia Dei est objectum divinae fidei, ut Apostolus docet loc. cit. v. 6 his verbis: accedentem ad Deum oportet credere quia est et, et in primo art. symboli Apostolorum: Credo in Deum. ergo existentia Dei demonstrari non potest. Confirmatur: Ap. Rom. 1 v. 19 loquendo de his, qui naturali lumine Deum cognovisse dicuntur, testatur: quod notum est Dei manifestum est illis. Deus enim illis manifestavit. Et S. Prosper Epistola ad Rufinum, de contemplatione creaturarum ad cognoscendum Deum, quidquam prodesse negat: nisi Summus, et verus Agricola potentiam sui operis adhibuerit, ergo ad cognoscendum Deum ita est necessaria divina revelatio, ut absque illa is asequi minime possimus.

15 Ad 1um nego maj. Ad quidem, contendunt Theologi: fidem scilicet et evidentiam de eodem objecto simul haberi non posse; at non minus verbatimus, imo verbum probabilior est opposita, quam nunc in minimus ex tract. de Divina fide, ubi ex professo illam defendimus. Fides quippe non est penitus obscura, quatenus certitudinem removat, ut sic sit de rebus obscuris, sed est solum proprie inevidens, quatenus nempe non nititur rationum evidentia, tanquam motivo suo formali, sed divina auctoritate revelante, ita: solum assentimus veritatibus propter auctoritatem Dei revelantis,

Ceterum sicuti voluntas vult imperare actionem ex duplici mo-
tivo totali, v.g. poenitentiam ex motivo religionis, et poeni-
tentiae, ita et intellectus assentiri eidem veritati propter veritatem ex
motivo fidei et evidentiae. Sic et ad fidem spectat quales in praesenti
providentia scientiae, quae licet non videat omnia, cum plurima
saltem de rebus altissimis, et obscuris non sciamus ac cum apellat
sperandarum substantiam rerum, quamvis non sola sit de solis rebus
futuris, et sperandis, sed de praesentibus etiam, praeteritis, ac me-
tuendis. Clemens Alexandrinus, et Athanasius aut intelli-
gendi sunt de existentia Dei, quatenus est auctor gratiae,
quo quidem pacto per solam divinam revelationem cum certitudine
scimus, aut tantum intelligendi sunt de demonstratione a
priori, quae de Deo, qui nullam sui causam agnoscit
nequit haberi. Etenim, si tibi placet sentire cum [illegible] homi-
nis distinguere mere hoc pacto: existentia Dei est objec-
tum divinae fidei respectu eorum, qui demonstrationem
non capiunt ideo, eorum qui demonstrationem penetrarunt,
subdistinguo: est objectum divinae fidei in praeparatione ad
quatenus ita sunt ad affectum ut etiamsi demonstratio-
nem haberet, revelationi crederet ideo, aliter nego minorem
= Deum esse, inquit Angelicus prima parte quaest. 2. art.
2. ad Primum, et alia hujusmodi, quae per rationem natu-
ralem nota possunt esse de Deo, ut dicitur Rom. primo, non
sunt articuli fidei, sed praeambula ad articulos. ..
nihil tamen prohibet, illud, quod in se est demonstrabile et
scibile ab aliquo accipi ut credibile, qui demonstrationem
non capit =. Hinc tamen non sequitur, quod [illegible] homi-
nes docti, meliores esse conditione homines illiterati [illegible]

Dei existentiā credit, quā ille, aut theologi qui illā demonstraōne cognoscit: hi quia etiam in his reiarāt fidei existentiā Dei, ut auctoris supernaalis, hi quia acti ita sunt accomparati, ut etiamsi demonstraō nō haberetur, intellectū captivarent in obsequiū fidei; hi demū quia, etiamsi fides cū evidentia conjungi nō possit componi tn pt certitudo fidei cū exhibitione evidentiæ. Unde theologus, qui et per revelaonē, et per demonstraonē Deū es cognoscit nō habet minorē certitudinē, quā is, qui solā fide credit. Ad confirmaonē vero, vel sermonē de existentia Dei, ut auctoris supernaalis, vel ut auctoris naalis tantū. Ad illā primo modo cognoscenū requiritur divina revelao, vere, et proprie sumpta. Ad secundo vero cognoscendū idō modo satis ē revelao late sumpta, videlicet auxiliū aliquod divinū in ordine naali, sine quo nihil possumus. Quocumque ex his duobus modis intelligant tpes, cc. S. Prosper optime exponuntur in nostra sententia. Ceterū meminestis eorū, quæ ex auctoritate attulimus in probaōne conclusionis, hæc adversantis ita objicientibus contraposita.

26 Instabis. Sap. 14 v. 11 creaturæ dicuntur factæ in odiū Dei, et in tentaonē aīabus hominum, et in muscipulā pedibus insipientiū: ergo existentia Dei itaē objectū divinæ fidei, ut a creaturis demonstrari nequaquā possit. Rideo, creaturas

20 d, ei, actas in odium Dei per accidens, et vitio nomi-
nis, n. per se, et ex intentione creatoris: Uni-
versa quippe propter semetipsum operatus e. Deus
ut legit Prov. 16 v. 4, idest ut essent testimonia
divinæ ejus Bonitatis, et potentiæ: seu quia iis ac:
uterentur homines, propterea sic apellantur Sapienti
loc. cit. Quod tn n. efficit, quo minus, ut ait Aug.
tot sint testimonia Dei

17 Objicies 2do: Nulla e. inter Deum, et creaturas
proportio: finiti ad infinitum nulla proportio,
ut ajunt Phi, sicutineque contingentis ad neces
sarium; sed creaturæ omnes etiam collective sumptæ sunt
finitæ, et contingentes; ergo nullam cum Deo habent proportio
nem; sed hinc ex creaturis demonstrari nt existentia Dei
quia medium demonstrationis de ee necessarium, et proportio
nem habere cum re demonstranda; ergo. Confirmatur
primo. Ens necessarium nulla omnino proportione habe-
cum ente contingente, adeoque ex illo nequeunt demonstrari
pt hoc autem. Secus a negatione istius valeret illatio
ad negationem illius, cum illud dialecticum valet ar-
gumentum a contradictorio consequentis ad contradicto
rium antis; atque n. est amplius necessarium, ergo
neque ens contingens pt ejusmodi proportione habere
cum ente necessario: quia sic valeret simile argu-
mentum mutua sit inter contingens et necessarium
Confirmatur 2do. Major e. proportio inter hominem
et Angelum, quam Deum inter et creaturas; sed nihilomi
nus ab existentia hominis demonstrari nt existentia

Angelorum; ergo eo minus existentia Dei. Con=
firmatur. Non potest ex creaturis demonstrari existen=
tia Dei, nisi ex illis claram, et distinctam Dei notionem
habeamus: demonstratio enim debet esse clara, et evidens.
atqui ex creaturis habere non possumus claram, et distin=
ctam Dei notionem. Quippe quia existentia Dei sit ipsa
ejus essentia, ad hujusmodi notionem habendam necessarium
omnino esset, ut omnes Dei perfectiones nobis in hac vita
omnino perspectae forent, quod est impossibile: nam
inquit Apost. nunc per speculum, et in enigmate, etc.
18 R. dist. 1° quo mai: nulla est inter Deum, et creatu=
ras proportio entitatis, et Aritmethica seu, connexi=
onis, et [illegible] nego mai. Ut ab effectu demon=
strari existentia causae, necesse est, ut ille totam
adaequet hujus perfectionem, adaequate se habeat,
veluti ejusdem mensura, sed satis est, si effectus exi=
stens connectatur cum sua causa, et haec connexio
sit evidenter cognoscibilis, quae omnia verissime
habentur in casu nostro. Res fit clara hoc exem=
plo. Qui domum aliquam constructam intuens, firm=
issime ratiocinatur, si dicat: existit domus, ergo ab
Artifice constructa est. licet enim inter domum, et Arti=
ficem non sit proportio entitatis, seu Aritmetica
est tamen proportio connexionis, seu Geometrica, cum
nempe domus neque casu, neque a se metipsa fieri
potuit, et sic in casu nostro. Imo addo, [illegible]
portionem entitatis Aritmeticam necesse esse posse
inter causam aequivocam et effectum [illegible]

22 ad implicitam probationem subsumptae minoris respondeo Medium quippe
demonstrationis debet esse necessarium sola necessitate connexionis, et
habitudinis, itaque eam solum habere debet cum propositione demonstranda,
quae reperitur inter causam, et effectum, actum et potentiam, non vero aliam.
19 Ad primam confirmationem concedo antecedens et nego consequentiam. Ratio diversi-
tatis est, quia in objectione consideratur. Nam si necessarium connecte-
retur cum contingente a negatione hujus valeret illatio ad negationem
illius, adeoque non esset amplius necessarium, ut supponitur. Verum
etiamsi a negatione entis necessarii colligatur negatio entis contingentis,
id non est contra hujus rationem. Ad 2.am distinguo maiorem propor-
tio entitatis, concedo; connexionis nego maiorem. Homines sunt a Deo
tamquam a causa prima, non ita ab Angelis, ergo licet hominum existen-
tia metaphysice demonstret existentiam Dei, non ita Angelorum.
Ad 3.am distinguo maiorem; nisi claram, et distinctam Dei notionem habeamus
quantum ad illius existentiam, concedo; quantum ad essentiam, et omnes illius per-
fectiones nego maiorem. Observant hoc autem quia res aliqua distincte
cognosci non posse arbitrantur, nisi omnia ejus attributa, omnes rationes,
eamque respectus, mox rationes clare, et distincte percipiamus.
Quod si res ita se haberet, in hac vita, fere omnino nulla esset de scien-
tia. Quam multa enim sunt quorum causas, et intimas rationes
ignoramus, quam pauca, quorum omnia, clare, et distincte perci-
pimus: Quod autem cognoscamus rei existentiam ignorata ejus
[illegible] essentia non arguit inter illas distinctionem aliquam realem, sed
formalem solum, quae stat penes nostrum intellectum, ut suppono
ex Physica.
20 Objicies 2.do Correlativa sunt simul cognitione,
ut ajunt Phi.; adeoque ex existentia unius, ut alterius exi-
stentia demonstrari non potest, sed neque ex contingentia a re.

nota ad ignota; sed Creator, et creatura sunt correlativa;
ergo. Confirmatur primo. Omne demonstrat per prio-
riora, ut docent Dialectici; sed creaturae non sunt Deo priores,
imo Deus prior est creaturis, quod sit earum causa, ergo.
Confirmatur 2do. Prima veritas non demonstratur, et Aristo-
teles ajebat, ridiculum esse velle demonstrare naturam; atqui
Deus est prima veritas et auctor naturae; ergo Nonne risum
moveret, qui hoc principium probare vellet impossibi-
le est idem simul esse, et non esse; At Deus est primum principium

21 R. Ad argumentum: sunt correlativa, si creaturae
considerentur sub ratione formali creaturae, seu redu-
plicative concedo, si spectentur absolute, seu quatenus sunt
in se nego minorem, et sub eadem distinctione consequentiam, et ergo
consequentiam. Quando ex creaturis, Deum esse demonstramus,
eas non inspicimus, quatenus ordinem et relationem dicunt
ad suum Creatorem, sed easdem intuemur praecise, quatenus
sunt in se, et ubi praedicata absoluta, cum quae in-
telligimus, non habere a semetipsis, ut sint; quod nihil
possit esse sui ipsius causa. Exinde vero per necessariam
consecutionem deducimus ab alio creatas esse, adeoque
existere illum conditorem, qui Deus, et unus dicitur.
Neve dicas, quod creaturae in se, et absolute spectatae
relationem non dicant ad Creatorem non posse ex iis
ita acceptis existentiam colligi Creatoris. Quippe
etiamsi ita acceptae formaliter non dicant relationem
seu ordinem ad ipsum Deum, quod tamen earum natura ita in-
spectata nobis appareat contingens, et sibi insufficiens
ad existendum, inde recte colligimus, esse ab alio, qui

necessario sit prima causa, idest a se, et ab aliis prorsus independens. Quare simpliciter, et absolute inspectae non dicunt quidem formaliter, et expresse relationem ad Deum, sicuti dicunt, quando sub ratione formali creaturarum considerantur; at dicunt saltem implicite, et illative. Ad primam confirmationem dist. maiorem fit ex prioribus cognitione, conc. existentia nego majorem, et sub eadem distinctione similiter nego min. et consequentiam. Dialectici docent, demonstrationem fieri ex prioribus, quatenus omnis demonstratio est progressus a re nota ad ignotam, adeoque debet praecedere cognitio praemissarum, ut inde sequatur cognitio conclusionis; non tamen est necesse, ut demonstratio fiat ex prioribus existentia: secus ab effectu nequaquam posset sua causa demonstrari. Ad 2am dist. quo pariter majorem: prima veritas in cognoscendo, seu prima principia cognitionis non demonstrantur, conc., prima veritas in existendo cujusmodi est Deus, subdistinguo non demonstratur a priori conc., a posteriori nego maj. Deus est prima veritas, et primum existendi principium, unde cetera existunt omnia; et proinde ab his tanquam ab effectibus recte probatur illius existentia. Creaturae igitur quamvis sint Deo posteriores existentia, possunt esse priores cognitione adeoque valent solide inquam nos admonere de existentia creatoris.

22 Objicies 2o contra nostram demonstrationem metaphysicam. Si posset solo lumine naturali demonstra-

ri

ni existentia Dei sub conceptu causae primae, et im=
productae, id fieri posset etiam in hypothesi, in qua his=
sent ab aeterno generationes successive causantes, ita
ut una creatura producta est ab alia, et haec ab ali=
a, et sic in infinitum. Nam licet ideo fide falsum sit hoc
suppositum ut tamen ejus falsitas sola ratione naturali nequeat
demonstrari: atqui facta hac hypothesi ut amplius
demonstrari existentia Dei sub conceptu causae
primae, et improductae. Resp. nego minorem: non valet nam il=
latio: singula creatura sunt ab alio; ergo tota crea-
turarum collectio est ab alio; sicuti non valet hac altera
singuli milites non sunt exercitus; ergo nec omnes
simul. Quod si ad dices, hanc esse argumentationem de praedicatis ac=
cidentalibus, et ideo non valere, en alteram, quae licet sit
de praedicatis essentialibus, tamen quia est a sensu distributivo ad
collectivum non valet: singula possibilia possunt a Deo
creari; ergo omnia simul. Porro hujusmodi alia sexcenta
possunt afferri. Confirmatur. Atheus Epicureis principiis
imbutus, facile vim ejus argumenti eludet, si semper conce-
dat admittendum esse aliquod ens a se, et improductum, at vero
nat, hoc non aliud esse, quam mundum ipsum, qui, ut ait Epicurus,
non quidem ratione formae, sed materiae, seu atthomorum est necessarius.
nam sicut a nemine est factus, sed fortuito atthomorum concursu
compositus, ita a nemine destrui ut est essentialiter necessarius,
quia, quum nihil sit aliud perfectius, ipsum debet res omnes in
perfectiones continere. Denique independens, quia, sicut
non agnoscat principium suae durationis, ita nec productio
nis

26

23 R. nego min., ad primam paritatem hoc reddit discrimen, quod illa argumentatio sit de praed. accidentali, quod non convenit partibus ipsis sumptis, seu entitative spectatis, sed solum collective acceptis. Contingentia vero convenit rebus creatis ratione suae naturae, seu entitatem inspectis, et ideo iisdem convenit, sive distributive, sive collective sumantur. Ad secundam paritatem manifestum discrimen, quod in contrad sententia, quae dicunt, ita, ut grave infinitum actu tale possibilitas non convenit nisi enti ... nisi finito: hoc enim solum non involvit repugnantiam praedicatorum. Cum autem per collectionem omnium possibilium ... finiti, aufert etiam possibilitas contingentia e contra ... creatis convenit praescindendo a ratione finiti et infiniti. Ut igitur discernas, quando valeat argumentatio a sensu distributivo ad collectivum etiam infinitum hanc regulam tene, tunc scilicet valere, quando praedicatum est entita..., et convenit singulis praecise ratione suae naturae consideratis, praescindendo etiam a ratione finiti et infiniti: non valere autem si praedicatum sit accidentale, et conveniat singulis, quatenus sunt partes collectionis, aut quatenus sunt aliquid finitum.

24 Ad confirmationem nego assumptum. Illud namque argumentum demonstrat admittendam esse aliquam causam intelligentem, et superiorem, quae ex natura ipsa producat omnia entia, quae sua varietate, ac pulchritudine mundum hunc exornant, quae motu, ac variis motibus providentiam imprimat. Ut ... Tullius ... quid enim potest esse tam apertum, tamque perspicuum, quam cum caelum suspeximus, et caelestia contemplati sumus, quam ... aliquod numen praestantissimae mentis, quo haec regantur? Forma quemadmodum materiae,

ria, quae ex sese inertia, et otiosa, motus omnis expers, ut constat ex ejus idea, quae solam involvit extensionem, et capacitatem quamdam ad varias formas, seu modificationes recipiendas, quas ab alio necesse est accipiat. Igitur, etiam data, et non concessa, illa materiae aeternitate, necesse adhuc foret, agnoscere agens superius, et infinitae virtutis, a quo materia ex se indifferens ad varias formas ad unam determinaretur, aut saltem casui, seu fortuito tam varia et ordinata rerum series attribuenda. Quae cum ita deliria tam insulsa sunt, ut serio refelli non debeat: nam, ut apposite inquit Lactantius de ira Dei cap. 10: vereor, ne non minus delirare videatur, qui haec putat refellenda. Ceterum quod jure Atheus Epicurei fabulas de mundi aeternitate veluti principia prima supponere; id quod aeternum est et improductum debet esse infinitum, quod a nulla causa possit limitari. At cum materia est res infinita, et illimitata omnia, et prorsus ridicula haec sunt. Si tamen vellet, mundum dumtaxat aeternum, sed productum, nihil inde infirmaverit nostra demonstratio.

24 Objicies quinto. Altera ex metaphysicis demonstrationibus, quae nempe ex contingentia rerum creatarum colligit alicujus entis necessarii existentiam, prorsus inepta est. Itaque quamvis contingentia, et defectibilitate singulorum entium determinate sumptorum, sit consistere necessitas vaga, eaque intrinseca, et essentialis toti collectioni, in cujus semper aliqua entia indeterminate sumpta necessario existant, a quibus produci caetera possint. Hoc quidem concipi, et exponi fit ea forma ratione; quia cum contingentia, et defectibilitate singulorum individuorum aeternitatis determinate sumptorum componitur necessitas vaga, eaque intrinseca, et essentialis aeternitati, in cujus

semper aliquis dies indeterminate semper necessario existit. Hac vero necessitate supposita, opus non est, ut recurramus ad existentiam alicujus entis necessarii, quod sit extra totam eventuum collectionem. Equidem non valet haec illatio: singula entia sunt contingentia, et defectibilia; ergo tota collectio est contingens et defectibilis. Ob paritatem hujus alterius illationis, quae sane non valet: singuli homines possunt non existere pro sensu composito divini decreti de conservando aliquo homine; ergo in sensu composito ejusdem decreti potest non existere etiam tota simul hominum collectio.

25 R. commentitiam esse eam necessitatem [illegible] quae asseritur, at non probatur; imo oppositum manifeste evincitur, quod a sensu distributivo ad collectivum valeat argumentatio juxta regulam supra statutam. Quod dicitur de diebus aeternitatis, si attente consideretur, non officit, imo magis confirmat nostram assertionem: sicut enim singuli dies reales determinate sumpti, ita tota aeternitas realis contingenter existit, et necessitas absoluta, cujus vi semper aliquis dies realis necessario existat, oritur solum ex decreto Dei vel entis aeternitatem realem, non pure imaginariam. Ad ultimam paritatem resp. non valere paritatem illam illationis: quia posse non existere pro sensu composito decreti providentiae accidentalis, convenit singulis hominibus, non praecise sub sua ratione consideratis, sed in ordine ad illud decretum inspectis. Quare, quod praedictum decretum sit in sensu composito cum non existentia singulorum, non vero cum non existentia totius collectionis, quia hoc ipso destrueretur [illegible] decretum, valet ea illatio a sensu distributivo ad collectivum [illegible] contra [illegible] contin-

gens

genus e praedicatum essentiale, qd convenit antiquis meam essentias praecise considerato.

26 Objicies 6 contra argumentum praessum ex ordinata hujus mundi machina petitum. Inter infinitas possibiles atomorum combinationes, fortuitas illa etiam continebatur, quae universum hoc sub adspectabili, et pulcherrima hac forma repraesentaret. Equidem Philosophi quidam Cartesiani demonstrare se putant, ex solis legibus motus mundum hunc totum potuisse consurgere. ergo fieri potuit, ut ex infinitis atomorum combinationibus, quae in tota aeternitate sunt factae, hac etiam tandem aliquando prodiret. Confirmatur. intelligi non pt primo quomodo potuerit mundus ex nihilo fieri, cum sit communie pronuntiatum: de nihilo nil posse creari. Secundo quo modo, et tempore primum conditus sit. Non enim potuit ab aeterno fieri ex nihilo, cum id, quod ex nihilo e debuerit aliquando non esse. At neque in tempore ita fieri potuit: cur enim prius factus non est? An quia Deus noluisset? invidus ergo, et mutabilis appareret. An quia non potuisset? ergo infirmus. Demum etiam tot, tantaque mala, quae in utroque genere tum physico, tum morali in hoc mundo sunt, manifeste arguunt sese a Deo sapientissimo [illegible], et [illegible], prodire non potuisse. Unde dit Lucretius

Nequaquam nobis divinitus esse paratam
Naturam rerum: tanta stat praedita culpa

27 In ao mihi erat mania hac, et insulsa praeterire. Verum ut magis pateat veritas nostrae Conclusionis breviter ad singula [illegible]. Argumentum hoc multa, [illegible]

supponit. Primo mad: esse aeternam, et improductam, quo arduum, verum, an possit cogitari. Secundo esse motu, ex quidem vario praeditam, dum penitus quiescens e. Tertio talem esse motum athomorum, ut sibi invicem occurrere debeant, ut conglutinentur. At si contigit aliquando, unica fortuita, et casuali athomorum combinatione omnia haec adspectabilia conficerentur, cur numquam deinde accidit, ut denuo talem ordinem mobiles athomi nanciscerentur, novi homines ex hac fortuita combinatione prodirent, novae arbores producerentur, novae domus sua sponte fierent? At una sit haec athomorum combinatio. Si una, cur necesse illam eandem, aut saltem similis occurrere requiritur, cum plura videmus in dies tum a natura, tum ab arte prodire similia, mirum cum haec ex caecis et fortuita athomorum concursione. Cartesiani, qui admirabilem hujus mundi machinam ex solis legibus motus dimanare potuisse docent, an eo usque desipuerunt, ut etiam animos hominum inde confingi posse asseverent? Nonne ipsos leges motus ex sapientissima conditoris voluntate penderent. Sed de his ineptiis satis, superque.

28 Ad contentionem ideo, hoc est admodum familiare Helvetius ut ex sua ignorantia modi substantiam rei, licet aliunde certe notam, labefactare conentur. Ceterum ab homine quidem, cujus virtus finita, et limitata ex nihilo nihil fieri potest, et in hoc sensu accipe debet illud effatum ... a Deo, qui omnipotens e, fieri id potest. Existimavere stolidi, (ait Theodoretus lib. ... Helveticam fabulam) Deum una mente creare non posse, nec intellexerunt, quantum sit Deum et hominum discrimen, et quod ... non possit, ut omnia habeat

imago, quæ Archetipus; et quod hoc pacto velut materia, ex iis, quæ extant, creatus; Deus est ex iis, quæ extant, et non ex extantibus. Quod spectat ad tempus, quo conditus est mundus, non abs re non videtur (hoc enim saltem juxta plerosque repugnat), sed in tempore factus est; nec tamen Deus mutationem aliquam subiit. Hoc argumentum more suo pertractat Aug. lib. 12 de Civit. Dei cap. 17 unde sequentia hanc scribere placuit = Nobis autem fas non est credere, aliter Deum affici, cum vacat, aliter cum operatur (promiserat hominis diversimode et etiam mutabilemque mentem gerere) quia nec affici dicendus est, tamquam in ejus natura fiat aliquid, quod non ante fuerit. Patitur quippe, qui afficitur, et mutabile est omne, quod aliquid patitur. Non itaque in ejus vacatione cogitetur ignavia, desidia, inertia, sicut nec in ejus opere labor, conatus, industria. Novit quiescens agere, et agens quiescere. Potest ad opus novum non novum, sed sempiternum adhibere consilium; non pænitendo quia prius cessaverat, cœpit facere, quod non fecerat. Sed et si prius cessavit, et posterius operatus est, (quod nescio quemadmodum ab homine possit intelligi) hoc procul dubio, quod dicitur prius, et posterius, in rebus prius non existentibus, et posterius existentibus fuit; in illo autem non alteram præcedentem altera subsequens mutavit, aut abstulit voluntatem, sed una, eademque sempiterna, et immutabili voluntate res, quas condidit, et ut prius non essent egit, quamdiu non fuerunt, et ut posterius essent, quando esse cœperunt. = In summa, de Aug. mutatione, quæ in creatione mundi, in tempore creati contigisse videtur, rebus ipsis, quæ factæ sunt, nequaquam Deo tribuit. De hoc loco, ubi ex professo de immutabilitate agemus. Sin quis e curiositate ulterius progrediatur quærendo ubinam Deus ante mundi constitutionem fuerit, respondemus cum Tertulliano contra Praxeam cap. 5 ante omnia Deus erat solus ipse sibi, et mundus, et locus, et omnia. Verit. mar.

Deus vero creationem non magis mutatus est, quam qui vestem mutat, quam profecto mutationem omnino extrinsecam esse, nemo non videt. Ad nostrum denique quod huic providentiae divinae impedit, ideo, Deus est causa prima et libere agens, quae proinde non illud totum efficit quod potest, sed operatur quod vult. Ultro, quaedam mala physica esse in operibus suis, ita exigente rerum natura, quam invertere non tenetur; et mala moralia, quae positive impedit ob fines altiores suae providentiae. = Deus inquit Aug. in Enchiridio cap. 11, quum sit summe bonus, nullo modo sineret, aliquid mali esse in operibus suis, nisi esset adeo omnipotens, ut bene faceret etiam de malo. = At de hoc pluribus, ubi de Providentia Dei.

Corollarium de Pantheismo et Spinozismo.

29 Pantheistae sunt, qui Deum ab hac rerum universitate non distinguunt. Veterum [illegible] hic error, ut ex Cicerone colligitur lib. 1 de natura Deorum, et ex Virgilio, qui lib. 6to Eneidos sic Pantheismum describit.

Principio Caelum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunae, Titaniaque astra
Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudumque genus, vitaeque volantum,
Et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.

Similia habet [illegible] [illegible] [illegible] etiam Lucanus lib. 9 his verbis.

Estne Dei sedes, nisi terra, et pontus, et aer,
Et caelum, et virtus? superos quid quaerimus ultra?
Jupiter est quodcumque vides, quodcumque moveris.

30 Haec opinio quondam fuit Pythagoreorum, Stoicorum, aliorumque, [illegible] renovavit [illegible] saeculo 17 Baruc de Spinoza, qui [illegible].

Thomas confutavit. Petrus Vallensis plures inter Mahumedanos ita opinari testatur. Inter Sinenses quoque, et Japonios multi sunt Pantheistae. Praeceteris vero Benedictus Spinoza ex judaeo Atheus seculo elapso pantheismum geometrica methodo in sua Etica exposuit, qui, licet admodum obscurus, admiratores non paucos, praesertim in Belgio et sectatores habuit. impii scilicet magis tenebras amant quam lucem. Quatuor ac propositionibus veluti totcardinibus nititur Spinozismus. Prima, ac potissima est = praeter Deum nullam dari substantiam =. Altera = hanc substantiam, quae una est, omni perfectionum genere esse donatam, maxime vero extensione, et perceptione =. Tertia = omnia totius universi entia nihil esse aliud, quam ipsius substantiae modificationes, et attributa =. Quarta = quod haec substantia (quam divinam Spinoza nominat) necessaria sit, omnia etiam in mundo absoluta necessitate evenire, nullamque proinde esse contingentiam, et libertatem =.

31 At quantum absurda haec sint nemo non videt. Pie enim ac Theologi nedum ex, sacra auctoritate, sed ratione etiam naturali, ac multiplici arguendi genere ostendunt, admittendum esse ens aliquod supremum, quod rebus omnibus creatis infinite praestet, sit a se, et a quo cetera sint omnia. ita materiam inertem esse motus expertem, ad hanc, aut illam figuram formam, motum indifferentem, atque certo agente indigere, et ratione, ut vel experientia, constanti quascumque percipimus. deinde si elementa plantae, bestiae, homines, hominumque cogitationes, et operationes non sunt nisi unius substantiae, nimirum Dei, ut loquitur Spinoza, attribu-

buta, et modificationes, quod non erit ejusmodi ens? Quum proprie loquendo modificationes nihil agant, sed potius substantia, et subjecta per suas modificationes agant, necesse, ~~erit ... ~~ ut Deus divisibilis sit in corporibus externis, cogitatione, et sensu careat in rebus vitæ expertibus, humidus sit in aquas, calidus in igne, in hominibus ad sapiens, et stupidus, bonus, et malus, reus, et Iudex, crimen, et pœna, et, quum sceleratus homo plectitur, erit reus et sellus, et reus, et judex, et patibulum. Quo quid insulsius, et indignius Deo cogitari unquam potest? Merito igitur Spinozismum irridet, et confutat in libro Antilucretii 6. Melchior Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis de Polignach his versibus:

At quia quod verè est, infinitum esse necesse est
Nec tamen id verè in numero, velut ante docebam,
Fas reperire fuit, monstro nil territus omnem
Abjecit numerum: nec multis partibus auctam
Materiæ summam voluit Spinoza, sed unam
Atque individuam vere sine partibus ullis,
Immensamque Athei numen, mire quæ se tota cunctis
Subdit rebus, ac membris: et proprium nil
Servit in se sibi, vel quod se scire videret,
Ignorante alio, atque alio latente doceret.
Ergo quid? Numen, cultro quod scindere possis
Non scinditur, ait, quamvis jam membra videt.
Corporis immensi partes in diversa locorum
Transtulerim: quod scindit enim, atque scinditur unum
Insulse si convincas, ... negato

Distingui nolit, nec progenitore creatus,
Nec Creatore super, nec viris luce carentes.
Nil varios vel una modos assumere malis,
Temporibus possit variis; pugnantia nunquam.
Ut mortem, vitamque assumet tempore in uno.
Nec simul esse potest quadratum, simulque rotundum
Et ea, quae iterum cum simplicitate figuras
Vel si quadratum partim, partimque rotundum,
Non simul in se nunc simplex aut una putes.

Quae quidem satis superque sunt non ad refellendum modo, sed irridendum etiam impium illius, insulsumque sistema. Verum quamquam altera illius absurda, ut libertatis eversionem, suis in locis ex professo declarabimus.

Articulus Tertius
An Deum existere sit per se notum

32 Propositio per se nota ex Divi Thomae mente prima parte quaestione articulo i ea est, cujus praedicatum est de essentia subjecti, qualis est e.g. haec: homo est animal. Duplex autem distinguitur; nam alia est per se nota quoad se tantum, et alia quoad se simul, et quoad nos. Ea est, cujus praedicatum includitur quidem in ratione subjecti, ipsa in subjecti, ac propositio non sunt certio a nobis ita ignota, ut intellectus sola eorum apprehensione saltem naturali, non determinetur ad assensum evidentem, sed opus habeat discursu. Altera vero est, cujus praedicatum includitur in ratione subjecti, et simul subjectum, ac praedicatum ita nota a nobis, ut intellectus ex sola terminorum apprehensione naturali, et absque discursu determinetur ad evidentem assensum. Divisionem hanc jam nominis ... quoad se, et quoad nos explicabit, deinde, et evidenter

lis

bi, contendentes nimirum nullam propositionem denominari notam, nisi respective ad cognoscentem, adeoque nullam esse notam per se, et quoad se, quin simul nota sit quoad nos. At, praeterquam quod distinctio haec jam sit Scholarum usu probata, suo innititur fundamento, quia plerique sunt propositiones objectivae, quae licet ex natura sua sint per se notae, non valent a quocunque intellectu indubitatum extorquere assensum ex. gr. plura Geometriae principia, quae illius facultatis peritis evidentia sunt, ejusmodi apparent Geometriae ignaris, quibus scilicet ignotae sunt vel, per terminos illorum propriam significata. Brevius, et clarius exponitur praefata distinctio. Propositio per se nota quoad nos ea dicitur, quae omnem intellectum sui compotem sola nuda terminorum apprehensione determinat ad evidentem assensum: talia sunt prima demonstrationis principia: quodlibet est, vel non est: totum est majus sua parte etc. Altera vero est quae non omnem intellectum etiam rite dispositum ita determinare valet. Hinc itaque quaeritur primo an haec propositio Deus existit sit per se nota quoad se, secundo an sit per se nota etiam quoad nos.

33 Conclusio prima. Deum existere est per se notum quoad se. Ita cum D. Thoma hic cum communiori Theologorum contra Scotum. Probatur. Ea propositio est per se nota quoad se, cujus praedicatum continetur in essentia subjecti, sive physice, sive etiam metaphysice accepta. Patet haec propositio exemplo hujus: homo est animal rationale: quae non alia de causa per se nota est, nisi quia illud praedicatum est essentia metaphysica hominis: tum quia ejusmodi propositio, cujus nempe praedicatum immediate de essentia metaphysica subjecti apta est ex sola terminorum perceptione determinare intellectum ad evidentem sui assensum. Subsumo. Atqui praedicatum hujus propositionis Deus existit includitur in essentia metaphysica subjecti, quippe es-

sentia

sentia (h. e. sub metaphysica consideratione a Theologis communiter statuitur in hoc conceptu ens a se, seu ens a se existens; &c.

34 Conclusio secunda. Deum existere notum e per se notum quoad nos. Ita cum D. Thoma communis Teologorum contra Albertum, Egidium aliosq. nonnullos. Placet hic conclusionem intelligere ac limitare de Deo sub particulari conceptu Deitatis prout scilicet e primum ens, prima causa, natura omnium perfectissima, ex qua cetera omnia suum hnt principium. Quippe quum naturalr insitus sit nobis appetitus beatitudinis sub generali notione beatitudinis, videtur etiam naturaliter insita cognitio h. ei sub eadem ratione generali notione boni et consequenter beatitudinis. Sed non, inquit D. T. loc. cit. ad primum, nd e cognoscere simpliciter Deum ce, sed tantum nosse quid, nemine aliquid ce, qd hominis appetitum satiare possit. Jam vero Conclusio ita exposita, ac limitata. Ex propositio e per se nota quoad nos, quam omnem intellectum nostrum cisno: sitionem apta e sola terminorum apprehensione determinare ad indubitatum sui assensum; atqui ejusmodi nd e praefata propositio, ut testatur experientia, nd dicam in vulgi, et Atheis qui eam negant, sed in viris doctis, et probis, qui fatentur eam nd ee notam ex terminis, sed opus ee discursu; ergo

Confirmatur primo: quamdiu sumus in via non cognoscimus Deum intuitive, seu ut e in se, sed tantum solum per speculum, et in enigmate; ergo nd determinamur ad praestandum evidentem assensum existentia Dei nisi mediante discursu ex creaturis deducto. Confirmatur deo verbis, et ratione Divi Thomae, ibidem ajentis: haec propositio Deus e quantum in se e, per se nota at

38. quia praedicatum ē idem cum subjo. Deus enim ē suum esse. Sed quia nos nescimus de Deo quid ē, non ē nobis per se nota, sed indiget demonstrari per ea, quae sunt magis nota quoad nos, et minus nota per naturam, scilicet per effectus;,; ergo.

Hinc colliges hanc propositionem Deus existit esse simpliciter, et absolute per se notam. Nam hujusmodi ratio loquendi significat propositionem per se notam quoad nos. Hujusmodi itaque ē solum cum addito restringente quoad se.

Objectiones, et Solutiones.

35 Objicies contra primam conclusionem; nam ea est propositio per se nota quoad se, cujus praedicatum continetur in essentia subjecti; hac quoque talis est, Deus ē Unus, et Trinus; atqui nemo hoc asseret de Altissimo Trinitatis misterio; ergo. Deinde sequeretur, hanc aliam propositionem; paries ē, vel non ē albus, non esse notam quoad se, quum tamen sit nota etiam quoad nos. Confirmatur. Neque propositio per se nota quoad se ea dici potest, cujus subjectum necessario, et immediate connectitur cum praedicato: alioquin haec propositio ego vivo non esset mihi per se nota, neque ista Petrus currit, esset per se nota videntibus Petrum currentem; sed hoc dici nequit; ergo.

36 Respondeo, concedo majorem. nam prior illa propositio praedicatum habet, quod includitur in ratione subjecti. Deinde illa propositio ē per se nota respectu Beatorum Deum intuitive videntium, cujusmodi tamen non [illegible] ... non foret per se nota quoad se. Altera vero propositio habet subjectum, quod necessario, et im-
ne-

mediate connectit cum prædicato. Omnis ens à proprio, cujus subjectum necessario, et immediate connectitur cum prædicato, est per se nota relative ad se: quia apta est sola terminorum apprehensione determinare intellectum ad evidentem sui assensum si termini debite apprehenderentur. Immo si a quovis intellectu rite disposito solo lumine naturali, et absque omni discursu debite apprehendi possunt, dicitur per se nota, et quoad nos. Secus relative ad se tantum. Neque obest, quod S. Thomas eam dicat propositionem per se notam, cujus prædicatum est de essentia subjecti: neque enim negat, dari præterea alias propositiones per se notas relative ad se, ut exponit Cajetanus apud Mauriccam. Ad confirmationem dico eas propositiones non esse per se notas seu ex terminis quia subjectum necessario, et immediate non connectitur cum prædicato, sed primum ex notitia experimentali alterius perspicitur propria Petri currentis.

87 Objicies secundo contra adversarios. Illud est per se notum quoad nos, cujus oppositum nequidem cogitari potest; sed existentia Dei talis est, ut ejus oppositum ne cogitari quidem possit. Probatur minor. Nulla res cogitari potest absque sua essentia; atqui existentia est de ipsius essentia tum physica, tum metaphysica; ergo existentia Dei talis est, ut ejus oppositum ne cogitari quidem possit. Confirmatur primo. Deus ex communi, et per se noto omnium sapientium conceptu est ens, quo melius cogitari non potest; sed ejusmodi non esset, si cogitari posset absque existentia reali: quippe quod existentia realis sit perfectio, quam cum aliis formalitatibus includit ens, quo melius cogitari non potest: si cogitari posset, idem a parte rei non existere, eo ipso cogitaverim, Deum non esse ens quo melius

40 cogitari nt. Confirmatur 2° o. Si ea cogitaret, Deum non existere, repraesentaret simul, et non repraesentaret eum, quo melius cogitari non pt, nam ex una parte repraesentaret Deum omnipotentem, ex altera vero non repraesentaret existentiam realem, quam necessario includit eum, quo melius cogitari non pt.

38 Idea eodem modo his argumentis probari posse esse per se notum, quod nos existere alter... Deum: item possibilem esse creaturam perfectissimam, ut manifestum fit, si his eadem argumenta applicemus. Directe vero odeo, et nego minorem, ad probationem dico maiorem, ab iis, qui terminos rem, et essentiam significantes rite percipiunt, ideo, ab iis, qui non ita eos perci: piant, nego maiorem, et dico minorem ita ut non omnibus conste= xistentiam Dei esse de ipsius essentia, ideo, itaque omnibus id con: stet, nego min, et conseq. Existentia est de essentia Dei, et formaliter in ejusdem conceptu continetur; at non omnes percipiunt essentiam Dei, praesertim metaphysicam, ii nimirum, qui scholae subtilitatibus, et abstractionibus non sunt idonei, ac propterea ignorant existentiam realem esse de metaphysica ejusdem essentia; ergo haec propositio Deus existit non ita est per se nota, ut quemlibet intellectum rite dispositum ex sola terminorum per: ceptione naturali et absque omni discursu trahere valeat ad evidentem sui assensum. Ad primam confirmationem dico min, sed ejusmodi non est in actu exercito, si cogitari potest absque existentia reali [illegible], in actu signato, nego min, et conseq. Ratio distinctionis est, quia licet cogitari Deum esse: at concipere eum, quo melius cogitari non pt, in secluso omni lumine supernaturali ac discursu naturali, ne dubitare an hoc ipsum ens, quod ita concipitur, a parte rei revera existat,

vel solum in statu objectivo, seu in intellectu. Igitur recluso quovis lumine supernaturali, et naturali discursu potest cogitari aliquid melius, quam Deus in actu exercito, seu quam asseretur reipsa ei; non vero aliquid melius, quam Deus in actu signato, seu quam pure concipiamus eum. Ad vero confirmatione recurrit eadem distinctio. Ille non repraesentaret eam Dei existentiam in actu exercito; repraesentaret in actu signato: conciperet enim existentiam includi in conceptu Dei, quamvis non affirmaret eam reipsa haberi. Non repugnat autem ut aliquid repraesentetur in actu exercito quod contradictorio illius, quod includit in actu signato. et hoc evenit quoties negamus alterum Deum existere, ut patet consideranti.

39 Objicies 3tio contra eamdem conclusionem plura simul. Primo ex terminis notum, et evidens est, Deum esse ens a se, adeoque ens necessario existens; sed etiam ex terminis notum et evidens notum est, hujusmodi ens actu existere; ergo ex terminis notum, et evidens est, Deum existere. Confirmatur. Tam necessarium est, Deum existere quam necessarium sit Deum existere, vel non existere; sed ex terminis notum, et evidens est, Deum vel existere, vel non existere; ergo. Secundo est per se notum quoad nos existere sufficientiam cujuslibet entis creati; sed hoc praedicatum convenit soli Deo, et cum eodem convertibile; ergo etiam per se notum quoad nos existere aliquid convertibile cum Deo; ergo per se notum et evidens, quoad nos existere ipsum Deum. Huc spectat hoc alterum argumentum. Est per se notum quoad nos, mundum existere, vel non existere: ergo etiam existere potentiam activam ad utrumque contradictorium contingens; sed haec potentia est causa prima,

improducta; ergo. Confirmatur primo. Haec propositio existit sufficientia cujuslibet entis creati equivalet huic existit causa prima improducta; sed prior est per se nota quoad nos; ergo et ista. Confirmatur secundo. Haec propositio Deus est cogitandum per se nota quoad nos; ergo etiam illa, de qua nunc agitur, quia ea praesupponatur ad hanc tanquam hujus fundamentum. Tertio ea cognitio est per se nota, et evidens a nobis nos, quae a natura nostris inseritur. atqui cognitio existentiae Dei nobis a natura inserta est, sicut tradunt plures, et graves Theologi; ergo est per se nota quoad nos. Major patet: nam alioquin est per se nota quoad nos veritas primorum principiorum.

40 Dico ad primum, Deum ma, existens est, ex notis ex terminis Deus esse ens ens adeoque ens necessario existens in actu signato, id est, in actu exercito, nego majorem. Sique eam modo, sed est ex terminis notum, et evidens nobis est, hujusmodi ens esse existere, hoc est ens necessario existens in actu signato existere in actu signato concedo, ens necessario existens in actu signato, existere in actu exercito nego minorem, Ergo eodem modo eas consequens ergo ex terminis evidens est, Deum existere in actu signato, hoc est in suo conceptu involvere existentiam concedo, existere in actu exercito, hoc est existentia Dei ea a parte rei nego consequentiam. Distinctio patet ex dictis. Ad confirmationem nego consequentiam. Discrimen est, quod ut assentiamur huic propositioni, Deus existit, vel non existit, nullo prorsus egemus discursu [illegible] ut assentiamur huic Deus existit aliquo opus est discursu, facillimo quidem, deducto videlicet ex creaturis [illegible] ratione conclusionis

141 Secundum verum, existit in [illegible], [illegible], ut pote

quae ab extra agente actione communi, ac proinde ceasimul sunt sufficientia cujuslibet entis creati. Directe vero cogno mim; ita ut hac convertibilitas ex terminis ipsis innotescat nego; ita ut non ita innotescat ado minorem. Si similiter primad conquens, et nego idad conqual. Ut ex terminis ipsis, adeoque quoad nos sit per se nota, et evidens Deum existere satis ... a, si per se, et ex terminis nota sit, existere aliquid cui Deo convertibile, sed praeterea opus est, ut convertibilitas ipsa nobis innotescat ex terminis convertibilium; atqui ... ita innotescit convertibilitas praedicta sufficientiae ad Deo, sicut neque convertibilitas potentiae ad utrumque contradictorium contingens cum causa prima; ergo. Ad primam confirm. dquo min., aequivalet quoad rem significatam, et affirmatam ado quoad modum significandi, et affirmandi nego maior, et contra minorem nego conquam. Ex ipsis terminis evidens e existere sufficientiam eius, quod existit. Atqui ... sufficientiam ... variae successivam causarum productam sed aliquam causam primam improductam, non e evidens nisi per discursum. Ad idam confirmationem dquo ans, hac propositio Deus existit e per se nota quoad nos quatenus supponit Dei existentiam in actu signato ado quatenus supponit Dei existentiam in actu exercito nego ans, et conquam. Exemplum habetur in hac alia propositione parentes sunt colendi, quae quidem per se nota e eam quoad nos. quatenus supponit existentiam parentum in actu signato, non etiam quatenus eandem supponit in actu exercito: ... diversa sine nostri parentes non cognoscimus immediate, sed per di:

41 scursus, et velaõnes aliond.

42 A-stius omissa majori, si e illius propõnis termini i- cos nãa docente distincte innotescant, et necessaria apparet at illorū connexio, propoõ ē per se nota quoad nos. secus vō si solū confuse termini veniant in mentē, nec eorum connexio certo nobis innotescat sicut de hac veritate Deus exi- stit nobis contingere dici) et õquo sicut cognitio mediata solū existentia Dei nobis insertur a nãa, cdo, immedia- ta nego min. Hoc igitur sensū dici pt nadlis nobis insita cognitio existentiæ Dei, vel quia ab ipsa nãa omnibus insertū e aliquid, ex quo per discursū pervenire possint ad certā notitiā Dei vel quia, ut principia ipsis innatu- hanc de facili possunt acquirere, vel quia de existentia h ei solo lumine nãa, licet n certā, dubiā in qua suspicari possunt Deū ēe cognitionē habent, qua excitat intelle- ctus ad inveniendā per discursū cognitionē certā, et ex- pellendā a se dubietatē. Porro in aliquo ex his sensibus intelligendi sunt SS. P.P. qui apud Suarez dicunt co- gnitionē Dei nobis insitā ēe a nãa. De quo videri pt eā S. Thomas lib. 1 sententiarū disti. 3 quest. 1, art. 2do, et in aliis etiā locis, sicuti eū citat Doct.

43 Pro reliquis solvendis no landū ē primo, quamvis per- venientē ad usū raõnis teneri quivis, iuxta S. Thoma se con- vertere ad Deū, n hi ut cognitū distincte, et in particulari, sed confuse sub raõne semper beatitudinis, et finis ultimi, quo pauci eximus absque discursu cognosci posse. Similiter quod primū instans usus raonis, in quo hanc obligaõnem n sit physicū, sed morale certū ē. Ut partim ex dictis, pa

facilis e, partim ex iis, quae a parentibus audivit, assurgere ad notitiam Dei etiam in particulari, maxime cum a Deo, qui e adjutor in operationibus speciali lumine illustrat, quod iis contingit, qui nati sunt in fide catholica contingere putamus.

44 Notandum 2do licet intellectus valde perspicax potissimum post factam aliquando demonstrationem de existentia Dei statim assentiatur huic veritati Deus existit, ea propter non est per se nota quoad nos: tum quia propositio per se nota quoad nos dicitur illa, quae nudo intellectui admodum perspicua: est, seu quamvis male disposito, nec sola praesupposita demonstratione, sed prima statim, ex qua cultura terminorum apprehensione determinat ad assensum: tum quia praeterea etiam intellectus non praestat evidentem assensum existentiae Dei, nisi mediante aliquo tacito, et per imperceptibili discursu, sive assentiatur ope speciei alienae, a creaturis desumptae, sive ope speciei rememorativa demonstrationis aliquando factae.

45 Notandum 3tio, licet sit per se notum quoad nos Deum existere sub aliquo conceptu convertibili cum Deo, ergo sufficienter requiritur ente creato Numinis colendi supremi legislatoris, non tamen sub conceptu entis a se, causae primae improductae, cumuli omnium perfectionum aliove simili ejus quippe existentia ita considerati non innotescit ex ipsis terminis talem conceptum significantibus, sed per discursum. Prior vero conceptus evidens non est convertibilis cum Deo, sed conceptu particulari.

Articulus quartus.

Utrum existentia Dei possit invincibiliter ignorari.

Gravissimam quidem, et non utilem aggredimur quaestionem, cujus cognitio maximam lucem affert Theologiae aliis difficultatibus v.g. de gratia sufficiente ad salutem, an conferatur etiam Barbaris, qui nihil unquam audierunt circa Evangelium Christi, item de peccato Philosophico, aliisque id genus. Jam antequam vero ad conclusionem notandum est

46 Praenoto primo, duplicem a Theologis distingui ignorantiam vincibilem, et invincibilem. Vincibilis ea est, quae humana diligentia vinci, seu depelli potest. Invincibilis vero, quae humana diligentia vinci, seu depelli non potest. Item: si nulla possibili diligentia, seu nec naturae viribus, nec ordinariis gratiae auxiliis vinci, seu depelli ponit, dicitur physice invincibilis. Si tantum mediocri diligentia, aut ea quam pro qualitate materiae adhibere tenemur, dicitur invincibilis moraliter. Prior ignorantia, nempe vincibilis censetur voluntaria, sive in se, sive in causa, et indirecte; unde culpabilis est, nec a peccato excusat et de hujusmodi ignorantia intelligitur illud psalmi 35, v. 4 = noluit intelligere, ut bene ageret =; secunda vero involuntaria est tum in se, tum in causa, et proinde inculpabilis omnino est. Quamvis autem in aliis rebus non omnis ignorantia inculpabilis sit etiam invincibilis, nec omnis vincibilis sit etiam culpabilis, quia non omnem ignorantiam quam vincere possumus, vincere tenemur, sed in rebus multis eam solum diligentiam adhibere debemus, quam exigit qualitas rei de qua agitur; nihilominus in praesenti materia, ut ait Antonius [illegible] contra Ysquierdo, omnis ignorantia inculpabilis est etiam invincibilis, et omnis vincibilis est etiam culpabilis: quia ignorantiam existentiae Dei semper, quando possumus, vincere

47 Præmittendo, opus nõ ẽe, ut illa cognitio, qua ignorantia depellenda ẽ, sit omnino evidens et demonstrativa, sed satis ẽe, si sit solũ probabilis, et nulla occurrat evidens ratio, quæ suadeat opositũ. Quare ad vincendã ignorantiã satis ẽ illa cognitio, quæ habetur ex testimonio, seu instructione alterius, vel ex probabili aliqua conjectura, etiamsi hæc pariat solũ suspicionẽ. Licet igit. superius statutũ sit, hãc propõnẽ Deus existit nõ ẽe per se notã quoad nos, hoc ẽ aptã nõ ẽe ex sola nãali terminorũ aprehensione trahere quemlibet intellectũ ad evidentẽ, et indubitatũ ei assensũ. hoc tñ nõ vetat, quominus ignorantiã Dei invincibilẽ, et inculpabilẽ negemus. nõ ẽ ad quærendũ Deũ, colendumque requiritur certitudo, et evidentia metaphysica, sed satis ẽ quævis cognitio de illius existentia.

48 Præmitto 2ᵈᵒ, ignorantiã existentiæ Dei aliã ẽe negativã et aliã positivã. Ea ẽ mera carentia notitiæ existentiæ Dei, seu quævis incogitantia, et inadvertentia ejus existentiæ. Hæc vero ẽ judicium erroneum de nõ existentia ejusdem. Itaque pro diversitate hujus duplicis ignorantiæ duas hic instituimus quæst. Prima erit, utrũ existentia Dei possit ab hõie rationis compote invincibiliter, et inculpabiliter ignorari ignorantia negativa. Altera utrũ etiã ignorantia positiva.

49 Conclusio prima. Existentia Dei nõ potest ab homine rationis compote, spectata saltẽ divina providentia, toto, aut longiori vitæ tempore invincibiliter, et inculpabiliter ignorari ignorantia negativa; quamvis ita ignorari possit ad breve aliquod tempus. Ita Muniessa apud Croix existimans, hac ratione posse diversas auctorũ sententias conciliari.

48 P. prima pars. ut ignorantia negativa existentiæ Dei sit invincibilis omnino, et inculpabilis, opus est, ut ignoranti ne minimum quidem oriatur dubium de existentia Dei; sed repugnat ut homini ratione utenti, toto, aut longiori vitæ tempore nullum omnino suboriatur dubium de existentia Dei; ergo existentia Dei non ab rationis compote, spectata saltem divina providentia, toto, aut longiori vitæ tempore invincibiliter, et inculpabiliter ignorari. Major est certa: quia, suborto dubio, vel inquirit ulteriorem Dei notitiam, vel non inquirit; si inquirit, eam facile consequetur vel per instructionem alienam vel per discursum ex creaturis deductum. Certe Deus facienti, quod est in se, non denegabit gratiam adeo necessariam ita nobis suadent tum charitate Dei ante pro salute omnium hominum quam ideo contra hoc anno adversus Jansenistas propugnavimus, tum morte Christi pro salute omnium hominum æterno Patri in cruce oblato, de qua anno superiore; Si autem non inquirit, jam ignorantia fit culpabilis, quia est vincibilis, et absque occasione vincenda. Audiatur Eminentissimus Auctor Lucretii L. 1; quomodo redarguat eos, qui ut vitiis indulgeant, dicunt in corde suo: non est Deus. et ab ulteriori inquisitione propter difficultatem ac laborem se se excusant

Durum opus est, ais. At gratis bona nulla parantur
Nonne etiam ipsa tibi venit, emitq; labore voluptas? 50
Ignotus Deus est, inquis. sed noscere quanti est
Cujus res agitur, lite hac pendente, Deum ne?
An tuam si obscurum est, vitam post, atque futuram
Clarius esse tibi persuadens nihil esse futurum
Tu liquet, ostendas: cernis vulgatam negante

Lor

Hoc incumbit onus, si non liquet inde timendum.
Hic metuis certoque loco tibi stare videtur,
Quod dubium est, sequeris dulce pro luce tenebras
Nemine placant: placet exitus: nox te illa necavit.

Suborta igitur dubio de existentia Dei nulla prætendi potest excusatio de non quærenda ulteriori notitia, adeoque ignorantia est invincibilis et culpabilis. Minor est probatur tum manifestissima S. S. autoritate, in quibus passim dicitur Deum in creaturis videri, et conspici ita ut proinde inexcusabiles sint qui ex iis, quæ facta sunt non cognoverunt eum qui est; tum ex S. P.P., quorum plurimi dixerunt, notitiam Dei esse omnibus a natura insitam; tum demum ratione quia repugnat, ut homo, pulchritudinem hujus universi, rerumque in eo varietatem, et ordinem intuens, atque sæpius observans ne dubitare quidem incipiat de supremo aliquo rerum omnium conditore et gubernatore. Quod quidem hac ratione confirmatur: creatura rationalis condita est ad imaginem et similitudinem Dei, ut nempe Deum ipsum tamquam suum finem ultimum cognoscat, et amet: cum ergo providentiam Dei omnia ad suos fines disponentis pertineat non permittere ut homo rationis compos ad invincibilem sui ipsius ignorantiam ex hac decidat vita, aut in ea diu permaneat. Et ideo adjectum a nobis fuit in conclusione spectata saltem ordinaria providentia:.

50 Alteram vero partem conclusionis facile ostendemus. Non enim ex natura rei repugnat, ut homo rudis, ac barbarus in silvis enutritus omnique institutione destitutus, ad breve tempus, urgentibus quibusdam cogitationibus, ex quibus solicitudine quærendi necessaria media, ita distrahatur, ut de aliis rebus minime cogitet, neque ad earum auctorem mentem vertat; quamquam ex alia parte

ad providentiam Dei non spectet adeo humanae menti per specialia auxilia quovis tempore, sed solum tempore oportuno quod Deus ipse probe novit, nullo omnino apparet repugnantia, ajus vi praedicta ignorantia dari nequeat ad breve tempus.

51 Conclusio 2da. Existentia Dei non invincibiliter et inculpabiliter ignorari ignorantia positiva, ne ad breve quidem tempus. Est contra de Quiros qui hac disp. 15 n. 51 admittit hanc ignorantiam eam longiori tempore esse posse in rustico Atheista ex instructione doctoris Atheistae. Vi ignorantia positiva existentiae Dei est judicium erroneum de non existentia illius; sed ut hoc judicium est invincibile, et inculpabile. Probatur minor. Ut prorsus invincibile, et inculpabile hoc judicium sit, necesse est, ut menti aplicanti ad hoc judicium efformandum nullum omnino occurrat dubium de existentia Dei; sed hoc prorsus repugnat etiam in rustico rudi et prava doctoris Atheistae instructionem excipiente; ergo. Major constat ex dictis. Probatur minor: quia creaturae omnes, quae circumspiciuntur nec non internus et radicis omnis sensus magis clamant, suadentque dari Deum Creatorem, et Gubernatorem suum, quam ullus Atheista possit sua auctoritate, et rationes oppositum suadere.

Confirmatur argumentum. Homo quantumcumque rudis non potest ex rationes intrinsecas, a creaturis desumpta, invincibiliter, et inculpabiliter judicare, non existere Deum; ergo neque ex auctoritate extrinseca alicujus Atheistae doctoris. Antecedens admittitur a de Quiros. Consequentia probatur: quia ut doctor persuadere rustico non existentiam Dei, eique omne dubium de illius existentia auferre nisi adhibendo rationes intrinsecas, et docendo potissimum nullum Creatorem, et Guberna:

tore universali hoc indigere, et sibi metipsi sufficiens esse; atqui ejusmodi rationes ex creaturis desumptae, lumine naturali dictante potius dubitationem augent de existentia Dei, et perducunt ad ejus notitiam, quam suadeant Deum existere Deum; ergo.

Objectiones, et Solutiones.

52 Objicies primo contra primam partem primae Conclusionis. Deum existere non est per se notum quoad nos; ergo, secluso lumine supernaturali, est notum per discursum duntaxat; atqui homo rudis, et solitarie in silvis enutritus, potest toto vitae suae tempore ejusmodi discursum non efformare. Nonne plures Tartari, Caraibae, Canadenses ingenii acie [illegible] carent; ut testantur quidam qui eas usque regiones pervenerunt. Quia quod praestantissimi ex veteribus viri, ac Philosophi in demonstranda existentia Dei multum laborant; ergo homo rudis, et solitarie in silvis enutritus potest eam toto vitae suae tempore invincibiliter et inculpabiliter ignorare existentiam Dei. Confirmatur. Quamvis huic suboriatur aliquod dubium de existentia Dei, adeo tamen rudis esse potest, ut ne statim animadvertat obligationem inquirendi ulteriorem notitiam; ergo etiam suborto dubio, potest haec ignorantia manere inculpabilis, utut aliquo modo vincibilis sit.

53 ... Resp. ideo Deum, et aliqua communiora cognosci notum duntaxat per discursum vel demonstrativum a posteriori vel demonstrativo inferiorem nempe probabilem, et conjecturalem, ideo, duntaxat per demonstrativum a priori [illegible], et similia distincta subsumpta nisi nego idealem consequentiam. Neque est solus discursus demonstrativus sed alius [illegible]

52 inferior qui scilicet pariat cognitionem tantum probabilem vel conjecturalem, vel etiam meram suspicionem, satis e ad vincendam ignorantiam, quam hic dicimus repugnare. Porro ejusmodi discursum quivis intellectus cum rectis, dummodo rite dispositus, tum ex consideratione hujus universi, tum ex propriae conscientiae stimulis, metuentis aliquem criminum vindicem conficere potest; immo certo, quemvis etiam nedum decursu temporis, argumentis pro existentia Dei magis expertum, conficere posse discursum saltem respective evidentem hoc e respectu sui ipsius ignorantis argumenta contraria. Ideo providentia Dei cujus e indefectae virtutis discursivae tam aliis mediis providere. Qui igitur in contrarium afferunt, sunt insipientes, qui, licet ex malitia sua Deum in corde negent, ore tamen blasphemiam proferre non audent, sicut de quibusdam ait Aug. in psalm. 52 = nec ipsi, inquit, sacrilegi, et detestandi quidam Philosophi, qui perversa et falsa de Deo sentiunt, ausi sunt dicere: non est Deus. ideo ergo 53
dixit in corde suo, quia nemo hoc audet dicere, etiamsi ausus fuerit cogitare =. Ad confirmationem nego ans. Si enim quam evidens unicuique sit, Deum esse existentem si daretur, fieri nequit, ut alicui subreperetur dubium de existentia Dei, quin simul animadvertat obligationem quaerendi ulteriorem notitiam, vel saltem dubio aliquo, aut scrupulo de ea obligatione pungatur, ut sic nonnisi in eam illam, maximamque obligationem colendi Deum
54 implere possit.

Objicies 2do contra 2am partem. Hesterna die 24 augusti ann. 1690 ab Alexandro Papa 8vo damnata fuit haec propositio = peccatum philosophicum, seu morale e actus humanus disconveniens naturae rationali, et rectae rationi: Theologicum vero, et mor

tale ē transgressio libera divinae legis. Philosophicum, quam=
cunque grave in eo, qui Deum vel ignorat vel de Deo actu non
cogitat ē grave peccatum, sed non offensa Dei, neque peccatum mor=
tale dissolvens amicitiam Dei, neque poena aeterna dignum. Quae
quidem proscripta fuit ut scandalosa, temeraria, piarum aurium
offensiva, et erronea; atqui hujusmodi peccatum Philum possi=
bile est in eo qui ad breve tempus inculpabiliter ignoraret exi=
stentiam Dei ignorantia negativa: posset enim eodem breviter tempore
innumeris flagitiis consensum praebere, et adeo graviter delinque=
re non contra legem aeternam Dei quam tunc invincibiliter ignoraret,
sed contra rectam rationem; et proinde si statim decederet non esset
aeterna poena damnandus: ergo. Confirmatur. Puer ad usum
rationis perveniens tenetur statim sese convertere ad bonum: sed
hoc esset falsum, si daretur in eo haec ignorantia invincibilis exi=
stentiae Dei; ergo.

63. R.deo, nego minorem. Nos enim admittimus ad breve aliquod
tempus invincibilem, et inculpabilem ignorantiam existentiae
Dei, quae sit mera incogitantia, et inadvertentia de exi=
stentia illius: non impossibilem eam dicimus in eo, qui actu cogitat
et animadvertit, actionem suam esse contra rectam rationem. Nam hoc
ipso quod animadvertit aliquid esse dissonum rectae rationi, animad=
vertit quoque se ad illud vitandum obligari ab aliquo superiore.
Superior autem supremus creaturae rationalis est solus Deus: ergo hoc ipso
quod peccet contra dictamen rectae rationis, animadvertit se a=
gere contra legem Dei supremi legislatoris quem proinde suffi=
cienter agnoscit. Atque haec sola ratione ostendit Viva hic disp.
et art. 1 nº 6 repugnare peccatum philosophicum. Quod nos
quoque in tract. de peccatis hoc solum fundamento nixi im=

pugnavimus. Ad confirmationem video instans, quo primo tenetur post adeptum rationis usum sese convertere ad Deum, non esse mathematicum, et indivisibile, sed instans temporis morale, quantum scilicet requiritur ad deliberandum. Ut igitur primum ratio discurrere, et quod primum moralitatis animadvertit tenetur se se convertere ad Deum, eumque tamquam suum primum principium, ac ultimum finem agnoscere, et confiteri.

55 Objicies 3tio contra eandem conc. plura simul. Primo enim fieri potest, ut aliquis rudis non quidem ex ratione intrinseca, sed ex prava instructione doctoris haeretici invincibiliter, et inculpabiliter, judicet, non existere Deum. Quippe non minus difficile videtur dari quaternitatem personarum in divina essentia, quam non existere Deum; sed potest rudis aliquis ob falsam praedicationem haeretici invincibiliter, et inculpabiliter judicare dari quaternitatem personarum in divina essentia; ergo. Suadetur illustraturque hac alia paritate. Non minus contra rationem naturalem est admittere pluralitatem Deorum, quam negare existentiam Dei; sed credibile minime fit, in tot gentilibus per tot secula nullum unquam extitisse, qui traditione Majorum seductus inculpabiliter admiserit pluralitatem Deorum; ergo. Secundo dantur haeretici pure materiales, qui scilicet alicui errori contra fidem adhaerent, non ex pertinacia, sed vel propter rude ingenium vel ob defectum instructionis defectum, vel ob pravam aliorum instructionem, semper parati errorem deponere, si veritatem intelligant; ergo eodem modo dari possunt etiam Athei pure materiales, seu Atheus pure materialis invincibiliter, et inculpabiliter, judicat, non existere Deum. atq. [illegible] ut ex multorum testimonio [illegible], nullum omnino numen agnoverunt, antequam a Jesuitis edocerentur; ergo. Tertio, juxta D. Thomam

et communem Theologorum sententiam dari infideles negativa prorsus inculpabiles: ii nimirum, qui nihil umquam audierunt de fide inculpabiliter ignorant fidem et Evangelium: ergo ii quoque possibile est dari Atheos.

57 Respondeo, et nego utramque paritatem. Quantum spectat ad quaternitatem personarum, illi homini rudi nihil occurrit, aut occurrere potest quod detegat ejus praedicationis, quam a parocho audivit, falsitatem. Nam in misteriis fidei, rebusque supernaturalibus supponitur non esse nisi instructus; in rebus vero naturalibus nihil est, quod excitare possit in agnitionem Trinitatis. E contra plurima sive eodem in ordine naturali occurrunt, quae eidem ostenderent falsitatem praedicationis Ministri; quandoquidem creaturae clamant ac suadeant existentiam Dei, atque adeo unicuique sui compoti quantumcunque rudi saltem ducunt aliquam de existentia Dei initiant. Et de paritate hinc videtur discrimen quod prior quaestio an Deus sit, ad quam pertinet existentia Dei praecedit quaest. quomodo Deus sit, ad quam spectat unitas Dei. Facilius igitur investigantur, ac deprehenditur existentia, quam unitas Dei, etenim gentiles pluralitatem deorum admittentes, plerumque unum ceteris superiorem agnoscebant, sicque quodam modo fatebantur Dei unitatem, etiam, si mentem sedulo admovissent ad perfectam Dei notitiam poterant pervenire. Hinc ruit etiam leve a responsio, et disparitas. Nam praeterquamquod multi art. fidei sint obscuri, et multa eorum supra rationis naturalis, nota vero Ecclesia non sunt ita obvia, ac omnibus manifesta, sicuti sunt argumenta existentia Dei, utpote ipsa in omnibus creaturis eluceat. Fieri igitur potest, ut homini praesertim rudi, et inter haereticos educato

falsaque sib parentum, vel aliorum instructione praevento, ne in- brum quidem rationabile occurrat de falsitate suae sectae. Aliud tamen est de existentia Dei. Et e Brasilis, ut ait Granado apud Muniessam, credi posse eos non habuisse naturalem claram, et firmam, minime tamen credibile est, nullam penitus eam dubiam habuisse sal: tem sub conceptu Conditoris, et Gubernatoris mundi, aut judicis universorum simul cum scrupulo de obligatione ulterioris inquisi: tionis. Ad haec quoque discrimen est, quod ad vincendam ignorantiam existentiae Dei praeter lumen internum adest etiam creaturarum magisterium, quod unusquisque facile audire potest, et debet; ita ut nisi audiat, et percipiat, culpabilis sit. Ad vincendam ignorantiam legis Evangelicae naturalia non sufficiunt, sed requiruntur vires gratiae, et ordinarie etiam praedicatio externa, qua si aliquis desit, infidelitas in eo negativa est, et inculpabilis.

58 Pro reliquis solvendis animadvertendum est, ignorantiam existentiae Dei esse quidem quoad aliquod brevissimo tempore vincibilem, saltem remote, non vero universim proxime; nempe ratione aliorum objectorum mentem distrahentium, vel defectu sufficientis applicationis intellectus ad considerandas res creatas. Potest igitur brevi tempore manere inculpabilis, nisi forte breve illud tempus sit totum vitae tempus. Hinc est divinae provi: dentiae ea videtur ignorantiam illam opportunis remediis de: pellere, et creaturam rationalem notionis compotem ad cognitionem sui finis perducere...

Caput II.
De essentia Dei.

Deum existere certo novimus, sed quid sit, pro merito definire non possumus. Unum omnium nostrum, ut habetur 16 36 v.

ri, et lucem inhabitat inaccessibilem, prima ad Timoth. 6. = Periculosa igitur, ac laboris plena quaestio est quid sit Deus, ait S. Aug. lib. 1 de Trinitate cap. 3. neque periculosius alicubi erratur nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius invenitur = Unde contra Aetii, ejusque discipuli Eunomii audaciam, asserentium tam sibi perfecte cognitam esse divinam naturam, quam vel ipsi Deo cognita sit, stylum ex professo exacuerunt SS. PP. Basilius, Gregorius uterque Nissenus, et Nazianzenus, imperfectam tn aliquam ideam divinae naturae in hac vita consequi possumus, et triplici quidem via, negationis videlicet, per quam facilius dicimus quid non sit quam quid sit Deus = Intendat charitas vestra, ait S. Augustinus in psalmum 85, num. 12 Deus ineffabilis est, facilius dicimus quid non sit, quam quid sit = Secundo via afirmationis, qua aliquid de Deo afirmamus detractis imperfectionibus quibuscunque. Sic ait eodem S. D. lib. 5 de Trinitate cap. 1 dicimus = Deum sine qualitate bonum, sine quantitate magnum sine indigentia Creatorem, sine situ praesidentem, sine habitu omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione omnia facientem, nihilque patientem = Tertio via excellentiae, ut quam Creaturarum perfectiones esse eminentiori modo, nec non depuratas ab omni imperfectione, quae in iis admixta sunt illi tribuimus = omnem creaturam suam excedit inquit idem S. D. serm. 384 de Trinitate, alibi 1 de verbis Apostoli, omnem futuram praevalent, universa praecellit. Si quaeras magnitudinem, major est, si pulchritudinem, pulchrior, si dulcedinem, dulcior, si splendorem, fulgidior, si fortitudinem fortior, si pietatem, clementior. Nulla omnino ratio, ut

vel factura factori suo aequetur, vel opus Artifici comparetur, sicut legitur in Propheta, QUI FECIT FORTIA FORTIOR EST, ET QUI FECIT PULCHRIA, PULCHRIOR ILLIS EST. Ut igitur hac triplici via, quod patitur humilitas nostra de ineffabili Dei essentia dicamus sit

Articulus primus

Praenotiones

1. Praenotio prima. Natura, seu essentia divina (haec duo quamvis logice distinguantur: natura enim ordinem, et relationem dicit ad operandum, quando principium, quod ordinem, seu relationem non dicit essentia, sed ut se inspecta; realiter tamen sunt idem et in plurimum Theologica a Patribus, et [illegible] pro eodem accipi solent haec tria substantia, essentia, et natura) duobus modis considerari potest, nempe physice, et metaphysice, et quoque sub utraque consideratione duplicite. Essentia divina physice considerata complectitur id omne, quod physice et a parte rei habet in se: ut essentia physica hominis sunt eius partes physicae, et essentiales, nempe corpus organicum, anima rationalis, et unio (in quocumque haec tertia physice consistat): similiter omnia praedicata, quae realiter ipsa insunt homini per identitatem, ut esse, vivere, risibile etc. In Deo tamen propter Trinitatem personarum, quae licet distinguantur inter se in ratione personae, sunt tamen unam eandemque divinam naturam, essentia physica a Theologis accipi solet pro omnibus quidem praedicatis Dei absolutis, quae communia sunt omnibus tribus divinis Personis, non vero pro praedicatis relativis ad intra, seu personalibus, quae uni tantum personae conveniunt, ut Paternitas aeterno Patri, et Spi-

vaò Passiva Spiritui Sancto, vel ad summum duabus, ut spi:
raò activa, quæ Patri solo, Filioque convenit, quatenus ab:
bo per modum unius principii spirant etiam personam, nempe
Spiritum S. Igitur ee etiam physica Dei, quæ, ut dicebam abinitio:
o generatim dicit id omne, quod Deus e, bifariam accipi pita,
nempe philosophice, et Theologice, seu dogmatice. Primo
modo sumpta complectitur oia omnino prædicata divina,
quæ in Deo sunt per identitatem, tum absoluta, tum relativa. The:
ologice vero seu dogmatice considerata includit, et dicit oia
et sola illa prædicata, quæ absoluta sunt, et communia
omnibus tribus divinis Personis, non item relativa, seu personalia,
saltem explicite. = Omnes SS. PP. (inquit Justinianus Impe:
rator in celebri suo edicto ante stam Synodum generalem) con:
sonanter nos docent aliud ee naturam sive substantiam et formam, et
aliud subsistentiam, seu personam: et naturam quidem vel essentiam,
et formam hoc quidem commune significare: subsistentiam vero,
sive personam, hoc quod speciale. = Quod confirmat cum hac
ratione theologica [illegible] dicta auctoritate. Pater pro priori enim
gitur a Filio in sensu theologico, et dogmatico persona, et
integre Deus, ut patet ex symbolo Nicæno, in quo profi:
temur, Filium ee Deum de Deo, Deum verum de Deo vero, et
ex PP. Nazianzenus ait, Filium ee Perfectum ex Perfecto
Deum de Deo. Porro in illo priori nondum intelligitur
Persona Filii, aut Spiritus S. ut patet consideranti; quam:
vis ab hæ personæ sint physice ab æterno, et coæterno.
Dicitur, quod tota dna nata in sensu theologico, et dogmati:
co, hoc e in plurimi CC, et PP, sit summa quædam, omnibus
et singulis tribus divinis personis communis. Et insuper[?]

vo

n sunt praedicata relativa. Haec est aut conveniunt uni tantum Personae, ut Paternitas P., S.P., aut duabus solum, ut Spiratio activa. Totum vel partis pertingo. Essentia physica Dei generatim inspecta dicit id omne, quod Deus est. Sub consideratione physica, et philosophica includit omnia una praedicata tum absoluta, tum relativa. Demum sub consideratione physico-theologica, seu dogmatica includit sola divina absoluta.

Essentia metaphysica Dei duobus modis accipi pt. Si sumatur in sensu metaphysico latiori, videtur comprendi cum essentia physica Dei sub consideratione physico-dogmatica, adeoque ipsa essentia, ut praecisa a solis perfectionibus relativis, et personalitatibus, seu summa quaedam rerum communis omnibus, et singulis tribus divinis personis. In sensu vero metaphysico strictiori est dicit explicite tota substantiam quae physice Deus, sed illud dumtaxat, quod est velut principium, et adaequata radix omnium aliorum attributorum quae absoluta sunt, et Deo conveniunt, ideo primum distinctivum Dei ab omni non ipso. Nam sicut rerum quidditates, quae ait metaphysica uniuscuiusque rei essentia proprie sumpto juxta communem rationem, ac theologorum sensum ex ipsa eo capitibus deprehendi, et comprobari de primum, ut illud quod dicitur essentia metaphysica alicujus rei eidem convenit primo, ac per se prout ipsa res constituitur in se, et distinguitur ab omnibus aliis. Alterum, ut contineat totum id, quod pertinet ad essentiam rei. Tertium, ut sit radix a priori omnium perfectionum, quae praeter ipsam essentiam metaphysicam conveniunt rei intra suam speciem. Quartum denique, ut sit radix, et causa omnium

, expeditissima, quae eidem rei conveniunt, quod sit radix, et origo earundem. Haec ad quatuor omnia facile reperies in ea huic notioni adaequate, in qua communiter a DD.is statuitur essen:tia metaphysica hominis, si aliquantum attente hominis naturam consideres.

3 Quaeritur 1.o Perfectio generatim sumpta ex D. Tho. = integritas praedicatorum rei cui nihil deest ad suam con:naturalitatem - seu, ut ait Izquierdo = integritas praedicatorum afferentium suo contentu amabilitatem, et exclusionem mali =. Alia est simplex et pura, sive perfectio simpliciter dicta, alia simpliciter simplex, et alia mixta, et impura, quae est perfectio secundum quid appellatur. Primo, quam etiam praedicatum perfectum appellant, est ea quae in suo formali conceptu pure dicit integritatem rei, amabilitatem, pulchri:tudinem, et bonitatem absque ulla macula, et imperfectione. Al:tera, nempe perfectio simpliciter simplex communiter definiri solet a Theologis ex Anselmo in monologio cap. 15 = quae melior est ipsa, quam non ipsa = ubi notat Antonius Erberly non sumi non debere negative, seu pro mera negatione con:tradictorie opposita: tunc quaelibet perfectio esset simpliciter simplex, quia quaevis sit melior pura negatione sui ipsius, sed infinitanter, seu pro omni alia perfectione realiter distincta, ita ut sensus sit, illam perfectionem esse simpliciter simplicem, quae est melior omni alia perfectione a se realiter distincta, seu, ut alii explicant, cui nulla alia perfectio realiter distincta est aequalis, quamvis non sit ejus contraria. Cui vero in tractatu de Sacrosancta Trinitate sustinent, duas rela:tiones, nempe paternitatem, filiationem, et spirationem passivam

62

vat ce perfectiones simpliciter simplices aliter exponunt illud Anselmi, asserentes nimirum perfectionem simpliciter simplicem esse illam, quae melior est omni alia perfectione secum incompossibili per identitatem. Tertia demum, nempe mixta, et impura est, quae, licet intra genus suum perfecta sit, in suo formali conceptu imperfectionis aliquid involvit, ut et aliis excludit aliquid melius, et excellentius. Hujusmodi perfectio est in corpore, auro et argento, quae, negatione excludunt ab aliis excellentioribus, et secum ipsis in eodem vel seu in eodem subjecto pugnantibus. Perfectum igitur est illud, quod suis praedicatis bonitatem praesefert ita integre, et absolute, ut nihil ei desit ad suam connaturalem, et amabilem integritatem. Perfectius, quod nobiliores, et plures continet perfectiones. Summe perfectum, quod maxima, et summas habet perfectiones infinito denique sicut definiunt veteres id, cujus nihil est extra, idest in eo bonitas in ratione infinita.

4 Tertia. Quatuor modis perfectio aliqua inesse potest alicui rei formaliter, virtualiter, aequivalenter, et eminenter. Formaliter, hoc est ad suam rationem formalem, et specificam: ita ratio alicui inest homini. Virtualiter idest in virtute producendi talem perfectionem, et ita quies effectus continentur in sua causa. Aequivalenter, quod inest alia perfectio similis, quae eadem aut similia praestare potest. Demum eminenter, quod inest alia perfectio altioris ordinis quae potest praestare omnia, quae praestat altera perfectio, et modo quidem nobiliori sine ulla omni imperfectione.

5 Quarta. Tres sunt Doctorum sententiae circa physicam Dei continentiam. Prima eam constituit in modo praedicatis absolutis; ita communiter, inquit Arriaga, cum Suarez, et Molina, quos citat, et

sequiaw Muniessa disp. 3 n.º 62, apud quos asserunt pro hac sententia allegant eas D. Thomas, et Scotus. Altera sententia eas statuit tum in absolutis, tum in relativis. Ita Cajetanus, Ibanez, Valentia, et plures alii. Tertia inter utramque mediat, essentiam physicam Dei philosophice consideratam statuendo eam in praedicatis absolutis, et relativis: Theologicam vero, seu dogmatice acceptam in solis praedicatis absolutis et toti Trinitati communibus.

Articulus IX

Statuitur nostra sententia de essentia physica Dei.

Conclusio. Essentia divina a parte rei sumpta se totam physice, ac philosophice accepta est ens divinum perfectione summum, naturam unum, et personis trinum: sub consideratione vero physico theologica, seu dogmatica constituitur in solis praedicatis absolutis seclusis relativis ad intra. Probatur conclusio quoad primam partem. Nam essentia physica cujuslibet rei in sensu philosophico est id omne, per quod essentialiter constituitur res prout est in se, seu totum id, quod identificatur cum ipsa re. Patet haec propositio ab inductione. Atqui Deus sumptus se, et a parte rei seu independenter a quovis mentis nostrae conceptu, praecisivo est ens in omni genere perfectionis infinitum, natura unum et personis trinum: haec quoque est certa. hic quippe res nobis non est cum adversus haereticos qui Dei infinitatem, vel unitatem, vel Trinitatem inficiantur, sed cum orthodoxis qui ex fide catolica haec omnia de Deo profitentur; ergo essentia divina a parte rei sumpta se totam physica, et in sensu philosophico accepta est ens divinum, perfectione summum, natura unum, et personis trinum. Altera vero pars, iam probata est supra, in

prima propositio ex celebri fidei decreto, quod habetur ante synodis generales et ex ratione theologica. Quibus addo autoritatem S. Athanasii dialogo primo de Trinitate, ubi ait: essentia declarat communitatem, et si quid est essentiae proprium, idest commune hypostasibus. Dein definitionem Concilii Lateranensis quarti subjungentis ibi capitulo damnamus, ubi PP. Concilii inquiunt: Nos sacro approbante Concilio credimus, et confitemur cum Petro Lombardo quod una quaedam res est, incomprehensibilis quidem, et ineffabilis, quae veraciter est Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, tres simul personae, ac singulatim quaelibet earumdem, et ideo in Deo Trinitas est solummodo non quaternitas, quia quaelibet trium Personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divina. Addo demum autoritatem Concilii Florentini, quod in litteris suae unionis ita declarat: omnia, quae Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, praeter esse Patrem dedit ad, seu communicavit totum id, quod dicimus essentiam, substantiam, seu naturam divinam: ergo, licet essentia Dei physice, et in sensu philosophico accepta recte statuatur in toto, et omni eo, quod relative in Deo identificatur, adeoque in omnibus divinis praedicatis tum absolutis, tum relativis, tamen sub consideratione physico theologica statuenda videtur in omnibus, et solis praedicatis absolutis, quae sunt toti Trinitati communia.

1 Atque hac ratione videntur communem sententiam oppositae et contra hanc nostram videntes cohaerere ea illa, quae respondit [illegible] auctores nimirum essentiam physicam Dei sic esse explicite simul, et implicite constitui ex praedicatis absolutis simul et relativis. Ita respondere [illegible] prima objectione [illegible] ex modo loquendi

Patribus et Conciliis, atque a Theologis usitata hic adnoto. Pri-
mo essentia Dei explicite importare sola praedicata absoluta. Dico non
licere tamen essentiae adhibere ad significandas perfectiones relativas.
Ideo nomen essentiae non supponere pro persona. Si igitur haec omnia vera
sunt ex modo loquendi Patrum, Conciliorum, et Theologorum, verum quoque
est, Patres, Concilia, et Theologos, quando nominant Dei essentiam,
non intelligere praedicata relativa, sed absoluta tantum. Adeoque
essentia Dei sub consideratione physico-theologica in solis praedica-
tis absolutis, et communibus est reponenda.

Objectio, et Solutio.

8 Objicies. Deitas ea Theologice accepta est essentialiter una, et
Trina; sed ut Trina habet, et quidem constitutive a relationibus;
ergo. Major probatur primo ex Athanasio, qui Orat. contra Sa-
bellianos ait: universa plenitudo, et integritas Deitatis est Pater
ut Pater, et Filius ut Filius; et alibi: consistit in Trinitate Dei-
tas. Secundo ex S. Cyrillo lib. 13 cap. primo ajente: Spiritus Sanctus
in Deo essentialiter est. Denique caeteris omissis ex S. Thoma prima
parte quaest. 27 art. 2 ad tertium dicente: in ipsa perfectione divi-
na continetur et Verbum intelligibiliter procedens, et principium
Verbi, sicut et quaecumque ad ejus perfectionem pertinent. Minor
Confirmatur. Essentia physica Dei ea sub consideratione physico-
dogmatica constituitur per omnia praedicata tribus divinis
Personis; sed inter haec praedicata est ea identitas essentialis cum
personalitatibus; ergo constituitur etiam per hanc identitatem.
Atqui haec identitas essentialis cum personalitatibus formaliter constitu-
itur per ipsas personalitates: nam identitas formaliter constituitur
per ipsa identificata, ergo.

9 Respondeo, distinguo majorem: Deitas ea Theologice est essentialiter una, et

trina hoc e idem S.ᵢ⸗ Ad. C. Th. Deus e essentialiter unus, et trinus cum hoc e nomen essentiae Dei absolute praedicatur apud Ad. C., et Th. significat praedicata dum nostris absoluta, et communia seu cum relativa nego ma., et concessa mai nego conquam. Quando dicimus essentiam physicam i. e. sub consideratione physica, dogmatica statui debere in solis praedicatis communibus, et absolutis non vero in relativis, sensus non ē non e, de mente SS. Patrum et theologorum ea, tres divinas personas realiter n. identificari cum divina natura, seu essentia, absit hoc dicere, aut cogitare; seu illud solum significamus quando SS. Patres, et Theologi, vel Concilia absolute loquuntur de divina natura, seu essentia, nomine naturae seu essentiae divinae intelligere sola praedicata, et communia absoluta. Porro SS. Patres qui cui iiciuntur, sermones n. habent de natura, seu essentia divina sive in se, seu quatenus e in tribus divinis Personis, et dicunt, praedicata communia tamquam essentiam reperiri in tribus divinis personis. Ad confirmationem distinguo mām: prout connotat ipsam essentiam seu naturam divinam, concedo prout connotat ipsas personas nego mām, et sub eadem distinctione concedo, et nego conquam.

Articulus III
De essentia metaphysica Dei

10 Tredecim sententias hac de re cum suis auctoribus recenset Martin, hic disp. prima no 54. Praecipue, hi sunt sequentes. Prima, quam Muniessa tenuit, Suarez, eamque defendit Antonius Perez, e illa qua essentia metaphysica i. e. in sensu strictiori (in quo solum intelligitur praesens quaestio) stat in cumulo omnium divinarum perfectionum quae sunt in Deo. Sed haec facile rejicitur: non e assignat unam formalem Dei essentiam, cui omnibus communem non e, et inde sententia haec convenientiam quatuor conditiones in prima praenotione expositas,

ut in ea statui possit essentia metaphysica Dei stricte accepta. 1.º eamdem rationem refellimus ea sententia, Joannis de Ulloa, statuentis metaphysicam Dei essentiam in hoc conceptu: ens purum omni perfectione purum. Cum his refelluntur ea alia quae illam reponunt in ente infinito, et summe perfecto. Altera ex praecipuis sententia est communis Thomistarum, qui essentiam metaphysicam Dei constituunt in praedicato intellectivi dissentientes tamen inter se, an hoc intellectivum radicale, ut placet Godoy, an ipsa actualis intellectio, ut vult Gonet. Sed neutrum ex his videtur esse praedicatum primarium, ut patebit ex dicendis. Tertia demum sententia contendit essentiam metaphysicam Dei recte statui in his praedicatis ens a se. Hanc defendunt Petavius, Esparza, Franzolinus, Viva, et Thomistis Capreolus, Bañez, Ledesma, Soto et est communior recentiorum.

11 Conclusio. Essentia metaphysica Dei in sensu stricto considerata recte statuitur in hoc conceptu ens a se, hoc est ens a se existens, seu ens sibimetipsi sufficientissimum ad existendum, ens denique cujus essentia est ipsum existere. Ita Auctores hujus sententiae. Probatur ex sacra Scriptura, in qua Exodi 3 Moisi nomen Dei sciscitanti Deus ipse respondit: Ego sum, qui sum. Sic dices filiis Israel, qui est, misit me ad vos. Ex quibus verbis concludit S. Thomas quaest. 13 art. 11 hoc nomen qui est esse maxime proprium Dei. Tunc sic arguo. Id quod per nomen maxime conveniens Deo significatur ipsa utique est vera definitio, seu essentia metaphysica Dei, ut recte observat Martinez ex quanto metaphysicorum; atqui vero, per hoc nomen maxime conveniens Deo qui est significatur est ens a se, seu ens ex se existens, sicut magno consensu exponunt Patres

apud Suarez in 3tia parte disp. 11 sect. prima, ex quibus seligo
SS. Hieronymum, et Bernardum. Primus in 3tio caput ad Ephesios ait. numquid solus Deus erat, et caetera non erant, utique Angeli, coelum, terra, vel maria, et ipse Moyses, cui Deus loquebatur et Israel, et Egyptii, ad quos, et contra quos Princeps, et Adversarius mittebatur, erant: et quomodo nomen commune cum substantia sibi proprium vendicat Deus? illa, ut diximus, causa, quia caetera, ut sint, Dei sumpserunt beneficio: Deus vero, qui semper est, nec habet aliunde principium, et ipse sui origo est, suaeque causa substantiae, non potest intelligi aliunde habere, quod subsistit. Alter vero lib. primo de consolatione cap. 6. quis est inquit. Non sane occurrit melius, quam qui est. Hoc ipse de se voluit respondere, hoc docuit, dicente Moyse ad populum, ipso quidem injungente, qui est, misit me ad vos. Merito quidem. Nil competentius aeternitati, quae Deus est. Si bonum, si magnum, si beatum, si Sapientem, vel quidquid tale de Deo dixeris in hoc verbo instauratur, quod est est. Nempe hoc est ei esse, quod haec omnia esse. Si centum, et alia addas non recessisti ab ee. si ea dixeris nihil addidisti. Si non dixeris nihil minuisti. Hucusque S. Bernardus; ergo.

12 Probatur ratione in eo, quod ratione sit assignanda essentia metaphysica Dei, in quo reperiuntur quatuor illae conditiones, quae in communi huius Theoriae nostrae hiis principio requiruntur ad deligenda, statuendaque metaphysica cujuslibet rei essentia. Sed quatuor illae conditiones reperiuntur in hoc praedicato esse a se. Primo namque hoc praedicatum sunt primum constitutivum Dei, adeoque primo, et per se, seu immediate convenire hoc quia ratio ipse actus existendi ase, seu sufficientia sui ipsi.

existendo, quo in nullo alio praedicato divino fundari potest: secus illud praedicatum intelligeretur existere ante suam essentiam, quod ex terminis ipsis repugnat. Secundo est primum distinctivum ab omni non ipso, tum quia ens a se est differentia quae primo dividit, et contrahit praedicatum ens: tum quia omnes PP. ac Theologi docent per hoc potissimum Deum differre a creaturis, quod ille sit ens per essentiam, haec vero per participationem. Tertio est radix metaphysica omnium aliarum perfectionum, quae Deo conveniunt: tum quia nihil limitatur in ullo genere perfectionis, nisi ab alio impotente, aut nolente conferre eam perfectionem ampliorem: unde ens a se est hoc ipso in omni genere perfectionis illimitatum; tum quia si ens a se careret aliqua perfectione, esset hoc ipso impossibilis illa perfectio, quia neque haberetur a se, neque posset haberi ab alio: tum denique quia hoc praedicatum ens a se ex suo formali conceptu excludit esse ab alio, quod est radix omnium omnino imperfectionum, ideoque necesse est, ut ipsum sit radix metaphysica omnium omnino perfectionum, quae Deo conveniunt. Quarto demum omnium aliarum perfectissima est, quia sit primum constitutivum, et distinctivum ipsius Dei, radix, et origo, unde colliguntur cetera omnia, quae de Deo praedicari possunt. Recte igitur concludimus essentiam metaphysicam Dei reponendam esse in hoc praedicato ens a se.

15 Cum autem quatuor istae conditiones ita reperiantur in talibus attributis, seu praedicatis omnibus, in quibus aliorum sententiam auctores constituunt essentiam metaphysicam Dei, hinc tibi facilis ac fortis elucet ratio eas refellendi. Nam quantum spectat ad praedicatum intellectivi, sive per illud intelligatur ipsa potentia, seu vis proxima intelligendi, sive actualis intellectio hoc ipsum

n. ē primū constitutivū, et distinctivū Dei; sed hujusmodi est ipsa sufficientia existendi a se; idq̄ illud tho̅ru = prius est eo quod operari. Deinde praedicatum illud ex suo formali con: ceptu metaphysico nō habet secum ceteras divinas perfectiones, sicut illas habere debet metaphysica Dei essentia, et vicissim ha- bet hic conceptus ens a se, ut patet consideranti. Quod vero per- tinet ad cumulū divinarū omniū perfectionū, ne in hoc quidem statui pt metaphysica Dei essentia, ne cum physica confundatur. Statuenda ā ē in aliquo praedicato, quod sit primū constitutivū et distinctivū Dei, seu, ut loquitur S. Thomas, ipsius Dei ma: xime propriū, radix, et origo omniū aliorū, quae Deo con: veniunt.

Objectiones, et Solutiones.

14 Objicies primo. Deus ē ens optimū in omni linea perfectionis; ergo etiā essentia metaphysica Dei statuenda est in eo, quod est optimū in omni linea perfectionis; sed hujusmodi non ē aseitas: hoc enim ē una tantum perfectio, neque in se continet ceteras divinas perfectiones; ergo. Confirmatur. Deus ē ens quo melius nil cogitari non potest; sed hujusmodi non ē aseitas: contra plus ē, quod formaliter explicite continet omnes perfectiones, nos perfectiones, hoc conceptu ens a se, qui eas continet tantum implicite, ac veluti in radice; ergo.

15 R. Deo ergo ens, considerari quoad essentiā physicā, et quoad essentiā metaphysicā: sub eo quo ē ens optimū in omni linea perfectionis, quatenus ejus essentia metaphysica constitu: enda ē in eo praedicato ex quo, [illegible] radice cetera [illegible] quae ē [illegible] perfectiones profluere intelliguntur [illegible], quatenus statuenda sit in complexo omnium divinarum perfectionum

nego ains, et sub eadẽ distinctione ... et n. primã con:
quã, itẽ subsumptã minorẽ, at absolute nego secundã
conqua. In eo quippe constituenda ẽ metaphysica ẽntia
cujuslibet rei, ut a qualibet distinguat, cui conveniunt essẽ
ex illa conditione superius necessita. Porro jã expositũ ẽ qua
ratione illa cũ habere ens in hoc conptu ens a se. Atque ex his
patet responsio cũ ad confirmacnẽ.

16 ... Hoc prædicata ens a se nõ sunt primũ constitutivũ
Dei; neque ... prius sunt prædicatis substantia viventis,
et spiritus. Quippe bene ẽ hæc illatio: e ens a se, ergo ẽ
ẽ substantia, vivens, spiritus. Non e contrarii ẽ substantia,
vivens, spiritus; ergo ẽ ens a se. Potius igitur hæc prædicata
substantia, spiritus, viventis sunt priora asseitate. Con:
firmatur. Non minus ex Omnipotentia infertur asseitas, quã
ex asseitate colligatur Omnipotentia; neque ẽ omnipotens
ẽ, qui ẽ ab alio, quod nequeat producere illũ: ergo ... cur
potius asseitas constituatur veluti radix ...
ad perfectionẽ, quã omnipotentia.

17 ... et nego assumptũ. Ens quippe primo, et immediate
dividitur, et contrahitur ab asseitate, quæ proinde ẽ prior cæteris
prædicatis in ratione constitutivi, distinctivi, et ...
a bona sit prior illatio, ... nõ officit, sed potius confirmat
nostrã sententiã. Probat ẽ asseitatẽ ẽ primariũ distinctivũ
ipsius Dei, cetera võ abstracta, ... habere ad instar generis
quatenus per participatione conveniunt cũ creaturis. Porro licet
a differentia recte colligatur genus, ... in vicissim a genere ...
..., et species, quæ ẽ primariũ rei distinctivũ: ergo licet ab asse:
itate tamquã primario constitutivo, et distinctivo ipsius Dei

vere colligant praedicata substantia, spiritus, vivens, et tria similia pt inferri. Theologi itaque ad implicandas ejus motus probationes solent hac distinctione respondere, ceddo nimirum, ea praedicata esse priora aseitate prioritate subsistendi cum essentia n̄ vero prioritate constitutiva, distinctiva, et radicali. Ad confirmationem dico ante, non minus sed diverso modo, ado, nimirum, et eodem modo nego ante. Etenim aseitas infertur ex omnipotentia tamquam a posteriori, omnipotentia econtra colligitur ex aseitate tamquam a priori: priori ratione nostra et insufficientia sui quam sufficientia aliorum.

18. Objicies tertio plura simul. Primo aseitas est praedicatum negativum neque est aliud dicitur ens a se, quod sit causa sui ipsius sed quia nullam sui ipsius causam agnoscat; atqui essentia metaphysica Dei constitui nequit per aliquid quod sit mere negativum, quia nihil verae positivum constitui posse, per aliquid mere negativum; et quod mere negativum supponat aliquid positivum et adeo primum non sit, ergo. Secundo si per hoc praedicatum ens a se intelligatur aliquid positivum videlicet necessitas plenitudo, et totalitas entitatis, ac non est specialis aliqua perfectio Dei, sed convenit omnibus divinis perfectionibus, et omnibus rationibus, ergo non amplius constituitur divina aliqua perfectio, quae sit radix metaphysica aliarum sed cumulus omnium perfectionum. Tertio essentia metaphysica constitui debet in praedicato perfectissimo seu in eo, quod nimirum, sed cum dignitate omnium constitutiva et distinctiva; atqui hujusmodi praedicatum est intellectio. Nam ex tribus his gradibus constituentibus nam esse vivere et intelligere tertius est perfectissimus, quia duos priores formaliter includit.

ergo etc. Quanto demum licet aut apprehensivum, aut judicativum sint praedicata in homine ratione priora, quam sit aut discursivum, et quidem prioritate constitutivi, distinctivi, et radicis, tamen homo non definitur aut apprehensivum, aut judicativum, sed aut discursivum, seu rationale: et hoc ideo fit quia discurrere in homine est perfectissimum quam ejus intelligentia; ergo similiter de Deo. Certe negari non potest saltem intellectivum esse utrinque formaliter includens intellectionem simul, et aseitatem, esse formaliter perfectius quam essentiam quod includit sola aseitatem.

19. Ad primum, dico majorem, aseitas est quid negativum ratione nominis, concedo; ratione rei per nomen significatae, nego majorem: nam eo quod significamus per aseitatem, est quid reale maxime positivum, hoc est necessitas, plenitudo, totalitas entis, seu sibi sufficientissimum, perfectissimumque in existendo, quo nihil melius sit, aut par, vel cogitari possit. Hoc vero manendo, quod exponimus per hunc conceptum ex alio: quia licet theologis, imo expedit magis uti terminis negativis ad exprimendam eandem magnitudinem, et excellentiam Dei, quo, ut ait S. Augustinus, verius dicimus quid non sit quam quid sit. Ad secundum dico aseitatem non esse formaliter in eius aliis omnibus praedicatis neque in illis formaliter tamquam constitutivum includi; sed solum ab illis formaliter exigi, in quantum singula praedicata divina, utcumque ipsi inadaequate considerata, includunt exigentiam identitatis realis cum aseitate. Alii aliter respondent, aseitatem, in qua tamquam in peculiari modo praedicatae veluti radice metaphysica aliarum perfectionum divinarum, continentur essentia metaphysica Dei, explicite includere negaont, nempe causa efficientis, causae virtualis seu radicis, et prin-

cipii, seu originis. Pavo licet divinis attributis et personis competat in sensu formali aseitas, seu independentia, quatenus hoc dicit negationem causae efectricis, non competit hic, quatenus includit negatione causae virtualis, seu radicis metaphysicae, et principii, seu originis. Omnia enim Dei praedicata, et attributa, fluunt ex aseitate tanquam radice metaphysica; personam Filii a solo Patre, et Persona Spiritus S. a Patre, Filioque, tanquam unico principio, procedit. Similiter vinus aseitas convenit omnibus tribus personis non in ratione personae, sed in ratione naturae: natura quippe in divinis non generat, neque generatur, non spirat, neque spiratur, adeoque nec ipsa non procedit, sed persona, ut suppono ex dictis de SS. Trinitate.

20 Ad 3tium: Ergo maior, debet statui in praedicato perfectissimo quod nempe sit radix, et origo, unde cetera omnia, quae Deo conveniunt deducantur, ideo, in praedicato perfectissimo, quod sit tale, ut formaliter exprimat omnem omnino Dei perfectionem nego maiorem. Et distinctio iam patet ex dictis. Recordo, et nego minorem. Ratio nei potissima contra Thomistas sunt clarissima verba D. Thomae, qui quaest. 13 art. 11 ad Tertium ait ex Damasceno: quod ipsum esse, alia perfectiones, quae ens et per ratione, per sapientiam significantur, omnes per quemcumque ratione: et art. 1 ad tertium praeminere ipsum esse perfectissimum omnium: quia ipsum esse est actualitas omnium rerum, et ea ipsarum formarum. Ceterum etiam intelligere est, tale formaliter perfectius, quam esse, ut in perfectius esse sit, quam esse, illud quippe est commune Deo cum creaturis; at vero ... solius Dei proprium, ut nulli creaturae conveniat, aut convenire possit. Ad quintum ergo ... discrimine, quod ... voces, sed aequivalentiam, et nam ... non contineant
ai

in ipsis significatum formale hujus vocis Deo, ut pote quae ex communi hominum convenientia instituta est ad significandum ens discursivum. E contra praedicatum ens a se perfecte adaequat significationem hujus vocis Deus, imo est ipsum significatum formale hujus nominis, quia est maxime ipsi Deo conveniens. Quod spectat ad id, quod ultimo loco addebat, hoc est respondeo, intellectivum a se esse formalis perfectio in linea entitatis physicae, non tamen in ratione entitatis metaphysicae, quia non continet illud solemne praedicatum, quod est primum constitutivum, distinctivum, et radix ceterorum.

ai Pro reliquis solvendis animadvertendum est primo rationem substantiae, et essentiae in divinis pro eadem reali uno, et idem esse, idque ad communem locutionem, et usum loquendi morem pro eodem accipi, ut erudite ostendit, loquendo maxime ex Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio, relato cap. firmiter de summa Trinitate, ubi legitur tres quidem personae, sed una essentia, substantia, seu natura. Item ex Damasceno lib. de decretis primae institutionis cap. primo: essentia, natura, et forma, ut SS. Patribus placet, idem valent. Philosophus hic, et pro statu formali mensurae sequitur; quia natura relationem dicat ad operationes quarum est principium, quem ordinem seu relationem non dicit essentia in se inspecta. In phrasi itaque dogmatica sicut conceptus essentiae divinae significatus per hoc nomen maxime proprium, quod est, est conceptus entis a se: ita et conceptus divinae naturae. Sin autem sermo instituatur in sensu philosophico et natura consideretur in ordine ad suos actus quorum est principium, conceptus naturae est conceptus principii operationum: at si accipiatur pro ipsa essentia, rerum seu sua constituta cum praecisione ab operationibus

76

conceptu principii radicalis, seu entitas, quae est radix principii formalis operationum, videlicet a conceptu entis a se, a quo tamquam radice profluit principium formale omnium operationum, et 24
caetera omnia, quae Deo conveniunt. Neque est omnis natura, seu entitas ita considerata explicari potest per conceptum principii, quod juxta dictum principium sit primum in Deo constitutivum, distinctivum, et radix caeterorum. Quando vero ejusmodi praedicatum est primum rei constitutivum, distinctivum, et radix caeterorum, tunc quidem natura recte per illud exponitur.

92 Animadvertendum secundo licet essentia metaphysica omnipotentia, et omniscientia Dei constituenda sit omnium in aggregato potentiarum, scientiarumque, inde tamen sequi ea essentia metaphysica Dei in cumulo omnium earum perfectionum esse constituendam. Est enim et dispar ratio intercedit. Primo quia assignari nequit una aliqua potentia, aut scientia, quae sit radix, et origo caeterarum, sicut in Deo assignatur praedicatum entis a se, ex quo per legitimam illationem caetera omnia deducuntur, quae Deo conveniunt. Altera est, quod omnipotentia, et omniscientia Dei ex suo formali conceptu exquirere dicant aggregatum [illegible] potentiarum scientiarumque, quod dicitur de hac voce tam

93 Animadvertendum tertio licet natura Angelica et natura humana recte definiantur per virtutem intelligendi intellectione Angelica, et humana, quod haec virtus in Angelo, et homine sit primum constitutivum, distinctivum, et radix caeterorum, utitur in discernendo eo de Deo, quod ejusmodi virtus non sit primum ejus constitutivum, distinctivum, et radix caeterorum, ut ex dictis satis liquet.

Articulus IV

De Unitate, et perfectione Dei.

24 Postquam superius contra Atheos demonstravimus existentiam Summi Dei, hic primo demonstrandam suscipimus ejus Unitatem contra Polytheistas, non modo gentiles, et paganos, quos irridet Juvenalis loco supra citato, et S. Aug. lib. 4 de civit. Dei cap. 8 his verbis: quum unusquisque domui suae ponat hostiarium, et quia homo est omnino sufficit, tres Deos isti posuerunt, Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini. Ita non poterat Forculus simul et cardinem, limenque servare: sed etiam contra Manichaeos, Cerdonianos et Gnosticos, qui duos Deos somniarunt, bonum unum, a quo bona cuncta, malum alterum, a quo mala omnia procederent. Item contra alios haereticos pluralitatem Deorum asserentes, ex. gr. Tritheitas antiquos, et modernos, sic dictos a Trinitate divinae essentiae, quam trinam esse dicebant, et dicunt, non secus ac tres sunt divinae personae; quamvis veteres Tritheitae tres Deos, aut tres divinitates dicere tergiversarentur. Hunc errorem absque pertinacia tamen, et ideo absque haeresi formali tradidere visus est saeculo 13 Abbas Joachim in libello, seu tractatu, quem edidit adversus Petrum Lombardum Theologiae Scholasticae quodammodo, parentem. Hunc eumdem errorem, quamvis in Concilio Lateran. 4 proscriptum, adoptavit recens scriptor Gallus in libro, cui titulus: Alteration de dogme Theologique sur la Trinité par les faux idées des Scholastiques. Secundo, ut omnia attributa Dei ex aseitate, tamquam radice, et origine metaphysica, probemus deducta, illud ostendemus in particulari, licet, ex quo sit

ens a se, hoc ipso sit essentialiter unus. Tertio ex eodem princi:
pio concludamus, Deum esse in omni genere infinite perfe:
ctum. Quarto denique statuemus quodvis attributum divinum
esse, ut ratione nostra ab aliis distinctum, esse perfectionem sim:
pliciter infinitam, atque etiam simpliciter simplicem.

25 Conclusio prima. Non minus essentia unum, quam
existere ratio naturalis demonstrat. Ita concludimus, quo:
niam cum Ethnicis potissimum hic nobis res est, qui auctoritatem
tem Scripturae non admittunt. Ceterum quantum spectat ad haere:
ticos, qui simul cum Ethnicis Deorum pluralitatem inducunt,
nihil in sacris Litteris tum veteris, tum novi test. frequentius
est, quam unum esse Deum. In veteri quidem extat illud v.g. Deut.
6, v. 4 = audi Israel: Dominus Deus noster Dominus Unus est.
Et in novo Marci 12 v. 29 = primum omnium mandatum est:
audi Israel: Dominus Deus tuus Deus Unus est =. Et 1
Corint. 8, v. 4 et seqq. = Scimus, quia nihil est idolum in mun
do, quod nullus est Deus, nisi Unus. Nam etsi sint qui di:
cantur Dii, sive in coelo, sive in terra, nobis tamen Unus Deus.
Consentiunt Patres, consentit Ecclesia in cit. Conc. Lateran 4
cap. Damnamus, nec non in symbolis catholicae fidei, in quibus
profitemur: credo in unum Deum:

26 Probatur nunc conclusio ex ratione naturali, quem:
admodum statuta a nobis fuit. Quidem, ut recte animad
vertit Ludovicus Thomasinus lib. 4 Theolog. Dogmatum
omnia illa argumenta, quae probant Dei existentiam, osten:
dunt simul ejusdem unitatem. Pro ceteris ex uno hoc sumi
mus. Primum est. Deus est ens a se, illudque simpliciter, et
absolute perfectione summum; sed ut ea multiplex ens a se,

et perfectione summum; ergo non est multiplex Deus. Major, praeterquam quod constet ex dictis, magisque constabit ex dicendis, et est de se manifesta: nam nomine Dei nihil aliud intelligitur. Minor autem probatur. Si esset ergo duplex ens a se, alterum eorum non posset esse simpliciter, et absolute perfectione Summum: neque enim in se haberet, aut habere posset omnem omnino perfectionem purum, et simpliciter simplicem, eam illam videlicet, quam haberet alter Deus: secus contra hypothesim ab illo non distingueretur; ergo. Vim hujus argumenti optime novit, et exposuit S. Thomas lib. primo contra gentiles cap. 42. ostensum est, inquit, Deum esse omnino perfectum, cui nulla perfectio desit. Si igitur sunt plures, oportet esse plura hujusmodi perfecta hoc autem est impossibile. Nam si nulli eorum deest aliqua perfectio neque aliqua imperfectio ei admiscetur, quod requiritur ad hoc, ut aliquid sit simpliciter perfectum, non erit in quo ad invicem distinguantur. impossibile est igitur plures Deos ponere. Et Tertullianus lib. primo contra Marcionem ait. Haec erit jam conditio ipsius Summi Magni, nempe ut nihil illi adaequetur, idest ut non sit aliud Summum Magnum. quia si fuerit, adaequabitur et, si adaequabitur, non erit jam summum Magnum eversa conditione et, ut ita dixerim, lege quae summo Magno nihil sinit adaequari. ergo unicum sit, necesse est, quod fuerit Summum Magnum par non habendo, ne non sit Summum Magnum Quis illustrius

21 Alterum vero argumentum conspicitur ex idea divinae libertatis et potentiae hoc pacto. Si essent plures Dii vel essent omnes aeque liberi, ac potentes, vel unus alios excederet eosque haberet sibi subordinatos; primum dici nequit; ergo secundum. Atqui hoc

ipse omnis ille supremus est verus Deus, ergo unus tantum ex iis est verus Deus. Probatur minor: si omnes essent aeque liberi ac potentes, iam posset alter efficaciter velle mundi productionem et conservationem, altero efficaciter nolente: in hac quippe hypothesi neque alter ab altero cogi posset quoad voluntatem, neque vinci quoad potentiam; sed hoc evidenter repugnat: sic enim mundus posset simul existere, et non existere, conservari, et non conservari, ita exigente necessario utriusque voluntatis efficacia; ergo. Hoc quidem intellexerunt non modo sibi barbari quorum testimonia congerunt, et referunt Doctores, sed etiam ipsis Ethnicis sapientiores, quemadmodum de Cicerone, Varrone, et Plutarco ostendit in opere de civit. Dei D. Aug. Contra adversus pluralitatem Deorum dilemma Xenophontis gentilis Phi= Si plures Dii sint, necesse est, eos esse pari, vel impari potentia. Si impari, quo pacto debiliores sint Dii, ipsi viderint, qui plures eos demittunt. Sin pari, et volens alius volente impedit, res iam neque fieri, neque non fieri poterit; quod sine risu intelligi nequit=. Unde merito cecinit Prudentius

Aut illius si est, verum, cui summa potestas
Aut quia jam duo sunt minuuntur dispare summa.
Error nihil summum; mihi plenis viribus Unum.
Existentes quoniam proprium, dum quisque vindicat
Vindicat imperio nec summa, nec omnia possunt.

28 Conclusio 2da. Deus hoc ipso quod est ens a se, essentialiter Unus, ita cum D. Thoma prima par. quaest. 11, art. 3, communis Theologorum. Probatur ratione ipsius Angelici Doctoris, quia origo, et subsistentia ipsius, unde aliunde est singularis plurimis nullo pacto communicari potest; sed hoc ipso,

quod Deus sit ens a se, seu ens per essentiam, et, unde Deus est singularis e ipsa Dei essentia, seu natura; ergo ipso, quod Deus sit ens a se, essentia, seu natura Dei nullo pacto pluribus communicari, adeoque Deus e essentialiter unus. Minor patet: nam ex quo Deus sit ens a se, seu per essentiam, manifeste consequitur, Deum quidquid e, esse per essentiam, adeoque si singularis e, per essentiam suam esse singularem, seu essentialiter unum. Existentia quippe e ultima rei perfectio, praesupponens omnes alias perfectiones maxime singularitatem. quum existentia ex communi l. theo: sensu, singularium sit. ergo si Deus per essentiam existit, per essentiam quoque unus e. Major a simulque tota argumentum declaratur exemplo suo iisdem S. Thomas, qui ait: illud unde Sortes e hic multis communicari .. pt sed id, unde e hic hoc, non pt communicari nisi uni tantum .. Si ergo Sortes per id est hoc, per quod est hic homo, sicut non ree plures Sortes. ita ns possent esse plures homines. Hoc autem convenit Deo: nam idem e Deus, et hic Deus. impossibile est. si quam esse plures Deos

Confirmatur. Quia singularitas creaturae ns pertinet ad essentiam creaturae ideo natura creatura e multiplicabilis; ergo ab oposito, quia singularitas Dei pertinet ad essentiam Dei, Deus nt multiplicari. item quia existentia Dei e de essentia ipsius Dei, Deus nt non esse existens; ergo sed quia singularitas Dei e de essentia Dei, Deus nt n. esse singularis.

29 Conclusio tertia. Deus hoc ipso, quod sit ens a se, est in omni genere simpliciter infinite perfectus. Ita praeque... ad D. Thoma quest 4 art. 2do communis Theologorum. Hoc conclusio probatur rationem, articulo ... ...

argumento ex ratione. Primo quia nihil limitatur in ullo genere perfectionis nisi ab alio imponente, aut nolente talem, aut tantam perfectionem conferre; sed vero ens, quod sit ens a se nihil est, quod eum in ullo genere perfectionis possit limitare. Secundo, quia si ens a se careret aliqua perfectione, esset hoc ipso impossibilis illa perfectio, quia non haberetur a se, neque ab alio posset haberi. Tertio denique. Ens a se formaliter excludit esse ab alio, quod est radix, et origo omnium imperfectionum. Manifestum est igitur, Deum hoc ipso, quod sit a se esse in omni genere simpliciter infinite perfectum. Confirmatur ratione Angelici Preceptoris, quam primo loco adducit: quidquid perfectionis est in effectu debet illud totum preexistere in causa, vel formaliter, si est causa univoca, vel eminenter, si est equivoca; atqui Deus, qui solus est ens a se, adeoque sibi, et aliis omnibus ad existendum sufficientissimus, est causa prima omnium rerum, eaque equivoca; ergo omnium rerum perfectiones eminenter preexistunt in Deo.

50 Conclusio quarta. Quodnam attributum divinum, seu ut ratione nostra ab aliis distinctum a perfectio simpliciter infinita, imo simpliciter simplex, ita cum D. Thoma quest. 1 art. 2 communis Theologorum. Quia ens a se est simpliciter infinite perfectum, ut constat ex jam dictis; sed quodvis divinum attributum cum sit a se, ut sic ratione nostra ab aseitate precisum includit exigentiam identitatis realis cum ipsa aseitate; ergo. Preterea quia aseitas sit radix metaphysica omnium attributorum, sicut hoc ipso quod omne divinum attributum, ut ratione nostra ab aseitate precisum, includat exigentiam identitatis realis cum aseitate, includit, proinde exigentiam identitatis realis omni

omnibus attributis divinis; sed hoc ipsum est simpliciter infinite perfectum: continet enim aequivalenter omnes perfectiones divinas; ergo. Tertio rationibus probatur eo quod omnia divina attributa sint perfectiones simpliciter simplices, id est meliores ipsa, quam non ipsa, seu quia omnis alia perfectio ab ipsa realiter distincta, et proinde nulla alia realiter distincta potest esse illi aequalis et incompossibilis. Confirmatur. Deus est in omni genere simpliciter infinite perfectus, et melior ipse quam non ipse; sed hoc ipso quod omnia divina attributa sint simpliciter infinite perfecta, et meliora ipsa, quam non ipsa; ergo.

Objectiones, et solutiones.

51 Objicies contra primam conclusionem. Praecipuum, aut saltem praecipuum fundamentum negandi pluralitatem deorum, et adstruendi unitatem, illud esse videtur quod desumitur ex discordia voluntatum, quae in pluribus diis, utpote liberis, esset admittenda; sed haec discordia nequaquam sequeretur: quia si [illegible] evitare, et propterea voluntatum concordia sit perfectio, haec enim non minus ac caetera in illis haberentur. Secundo declaratur paritate desumpta a tribus divinis personis, quae licet realiter personaliter distinguantur, numquid pugnare ac discordes esse queunt? Dicit. Magis hoc ipsa illustratur exemplo duplicis creati voluntatis, quarum altera alteri numquam adversatur. Confirmatur. Non repugnat, ut unus idemque effectus liber sit duabus causis; ergo neque repugnat ut liber sit pluribus diis. Antecedens patet tum ex concursu simultaneo Dei cum causa secunda libera ad eos, et singulos hujus operationes, tum potissimum in actu inspirato et [illegible], qui est Deo, et voluntati immediate liber, dico nempe prout est qualitas physica,

et creaturae prout e actus vitalis, ut jam expositum a nobis fuit in tractatu de dña gratia.

32 R. ideo omitto maj., et nego min. Vel ē hec concordia a voluntatum eāt contingens, et ideo accidentalis, vel necessaria, iisdemque eentialis. Si primum; quamvis nunquam discordarent, absolute tn̄ discordare possent, ita exigente contingentia cujus concordiæ, et ideo posset unus ex illis ef. actu velle aliquem effectum, altero efficaciter illum nolente, et consequenter idē simul posset existere, et nō existere. Si 2dum ergo nō eent eentialiter liberi. de conceptu ē plurium voluntatum nō subordinatarum ē posse discordare, ut consideranti ideam libertatis manifeste liquet. Partes dum sumpta ex mi, minus premis nihil prodest adversariis, sed multum nocet. tres enim personæ dñæ nō sunt nisi unum ens ase simulque hnt unum, eundemque intellectum, unam, eandemque voluntatem, et potentiam, in cujus separatione adactiva. Partes enim duplici in Christi voluntate somniantes intelligunt. Humana quippe Christi voluntas inferior erat, et proportione unionis hypostaticae ita dña penitus subordinata, ut ei contrarie minime posset. At idem nō ē de voluntate plurium Deorum, quorum quemnemo singula possit inferior, nec voluntates aliis subordinatas possit habere. Ad confirmationem ejusque. non repugnat ut unus, idemque effectus sit immediate tiner duarum causarum, neg. uni immediate, et alteri immediate conc. ans., et nego con sequentiam. Quando ad concursum simultaneum Dei ideo, actionem illam per quam creatura determinat omnipotentiam Dei ad cooperandum, eas in creatura immediate libera, Deo ad mediante decreto applicativo omnipotentiæ. Ac altera

volebant fortassis Aegidiani, creaturam esse liberè limitatam subordinatam Deo tamquam primo libero; cujusmodi subordinatio inter Deos fingi nequaquam potest.

33 Objicies vero contra idea: Si ex conceptu entis a se recte colligeretur, Deum esse simpliciter infinite perfectum, ideo hoc esset, quia nihil limitatur, nisi ab alio; sed hoc falsum est. Pr. minor. Quaevis res creata est ex se, seu per essentiam suam, limitatae, ac finitae perfectionis: sic accidens v.g. per essentiam suam incapax est, ut fiat substantia: substantia inferior ex gr. corporea talis est ex natura sua, ut nequeat fieri spiritus, et sic de reliquis; ergo falsum est quidquid limitatur, ab alio limitari. Confirmatur. Si quaevis creatura limitaretur a Deo, foret aut quia Deus non posset, aut quia nollet majorem perfectionem conferre; sed neutrum absque indecentia in Deo statui potest. Non primum quidem: deroget enim ejus omnipotentiae. Non secundum: quia argueret invidiam in Deo, si nempe creatura supponatur ex se capax majoris perfectionis. Si vero supponatur ex se incapax, nolitio haec ridicula in Deo est.

34 R. Deo nego min., ad probationem dico antec.: quaevis res creata est ex se, seu per essentiam suam finitae perfectionis, quia per essentiam suam est ab alio, concedo, ita ut talis esset, quantumvis non foret ab alio, nego antec. et conseq. Ratio igitur vera, cur omnis creatura sit per essentiam suam finita, est, quia omnis creatura est per essentiam suam ab alio, ut claret ex ejus conceptu. Et ideo accidens incapax est, ut fiat substantia, et substantia inferior, ut fiat superior, quia per essentiam suam sunt [illegible] entia ab alio. Deus enim cum ens a se nullam omnino sui causam agnoscat, sitque sufficientissimus sibi ad existendum, nullo modo

majori sit finitus, ac limitatus. Ceterum si possibile eet ens a se finitæ perfectionis actu existere, quod ens a se necessario existat; sed certum è hujusmodi ens actu non existere; ergo certum quoque è, neque eè possibile. Ad confirmationem dico, vel sermonem eè de perfectionibus, quæ ex genere suo sunt substantiales, quales perfectiones sunt substantiæ, viventis, spiritus, et cetera hujusmodi; vel de iis, quæ non sunt ex genere suo substantiales, ut Sanctitas, sapientia, potentia etc. Si primum, Deus ut determinata creatura majorem conferre perfectionem, quam creatura ejus majoris perfectionis incapax sit, neque ei omnipotentia Dei pertineat posse verum substantias immutare. Si vero secundum Deus non vult huic creaturæ majorem tribuere perfectionem, quamvis ejus sit capax, quin ullam invidiæ labem contrahat = An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? inquit Apost. Rom. 9, v. 21. 36

35 Objicies tertio contra tertiam conclusionem. Si omnia attributa divina, prout ratione nostra a se invicem distincta sunt simpliciter infinite perfecta, vel sunt inter se æqualia, vel inæqualia; neutrum dici ut; ergo et minor. Primo enim, quatenus ratione nostra a se invicem distincta non sunt inter se æqualia: quia omnisscientia ex. gr. è ex genere suo perfectior immensitate. Secundo neque sunt inæqualia, quia immensitas ex. gr., è ut praecisa ab exigentia identitatis realis cum ceteris attributis divinis è simpliciter infinite perfecta: atqui nullum infinitum ut ab altero excedi; ergo. 37
Confirmatur. Attributa divina, ut præcisa ab exigentia i

identitatis realis cum ceteris non sunt inter se æqualia, ergo neque sumpta cum hac exigentia. Confirmatur: quia probat illud geometricum axioma: si inæqualibus addantur æqualia manent inæqualia.

36 Resp. deo, nego minorem, ad probationem dico, dupliciter modo considerari posse attributa divina, primo quatenus sunt ratione nostra a se invicem distincta, simulque ut præcisa ab exigentia identitatis realis cum ceteris omnibus attributis, secundo ut ratione nostra a se invicem distincta, sumpta tamen cum exigentia ejus identitatis, quam exigentiam ut divina formaliter includunt. Primo modo spectata non sunt æqualia, quia ut dicebatur in objectione, omniscientia est è genere suo perfectior immensitate, quia licet et hæc sit simpliciter infinite perfecta, hujusmodi solum est in genere præsentiæ localis, quæ sane perfectior est scientia. Altero autem modo inspecta sunt inter se æqualia, quia cum illa exigentia sit in omnibus singula æquivalenter continent omnes perfectiones divinas. Ad confirmationem nego consequentiam, ad probationem dico axioma illud valere in quantitatibus, in quibus videlicet quantitas, quæ additur non continet eam quantitatem: non vero in iis, in quibus perfectio quæ additur, continet omnino perfectionem, quemadmodum exigentia identitatis realis cum omnibus divinis perfectionibus continet æquivalenter omnes perfectiones divinas. Instantiam habes in meritis Christi, quæ licet cum sua identitate præcise considerata sint inæqualia, sunt ut dignificata a Verbo æqualia sunt.

37 Objicies 4to. Si omnia attributa divina sunt simpliciter infinite perfecta, vel sunt ejusmodi quatenus divina, seu quatenus includunt præfatam exigentiam, vel sunt ejusmodi,

quatenus ab hac exigentia praescindunt; neutrum dici pt. Non primum quidem, quia omniscientia, etiam ut praecisa ab ea exigentia est perfectio simpliciter infinita. Neque idem, quia praedicatum substantiae e.g. ut praecisum ab illa exigentia, praescindit etiam ab ente creato, et increato, finito, et infinito; imo consistit in indivisibili, ita ut non recipiat magis, et minus: neque una substantia pt esse magis substantia, quam altera e.g. Confirmatur. exigentia identitatis realis cum aliis attributis divinis non e major perfectio, quam sit v.g. omniscientia, aut substantia divina: nec omniscientia, aut substantia divina per hanc exigentiam perfectiores evadunt in linea scientiae aut substantiae: ergo si hac attributa divina, ut praecisa ab illa exigentia non sunt simpliciter infinite perfecta, neque evadunt hujusmodi per illam exigentiam

38 D. ... nego maj. Duplicis generis sunt attributa divina non ... stricte et late talia. Attributa Dei in sensu lato sunt omnia praedicata absoluta, quae ex essentia metaphysica Dei legitime inferuntur, et Deo in suo esse metaphysico ... quatenus constituto ratione nostra attribuuntur, quamvis eadem sint ex genere suo praedicata substantialia, idest talia, quae exigunt identitatem realem cum omnibus, cui conveniunt, ut substantia, vivens, intellectivum etc. in sensu stricto attributa Dei dicuntur ea sola praedicata Dei absoluta, quae non sunt ex genere suo substantialia, sed participantur a creaturis per accidentia, potentias, actus, vel modos superadditos ut sanctitas, omnipotentia, omniscientia, immensitas etc. ... attributa Dei stricte talia sunt simpliciter infinite perfecta etiam ut praecisa ab exigentia identitatis realis cum

aliis attributis divinis, sed in uno tantum genere e.g. sapien-
tia, potentia, praesentia realis. Attributa vero divina late-
talia, seu quae ex genere suo sunt substantialia, ut
substantia, virtus, et altera hujusmodi; saltem ut divina
seu prout includunt dictam exigentiam sunt simpliciter in-
finite perfecta. Porro quamvis ejusmodi praedicata ex ge-
nere suo substantialia in abstracto sumpta consistant
in indivisibili, sumpta tamen in concreto cum aliis praedicatis
recipiunt magis, et minus. Sic una substantia, licet non
sit magis substantia quam alia, potest tamen esse perfectior sub-
stantia. Ad confirmationem dico quoad primam partem antis,
exigentiam identitatis realis cum aliis attributis divinis non esse ma-
jorem perfectionem quam omniscientia, aut substantia divina ut
divina idem, ut praescindens ab eo quod sit divina, nego; ad quam
ea[illegible] parte; nec omniscientia aut substantia divina
per hanc exigentiam evadit major perfectio in linea
omniscientiae aut substantiae in abstracto sumptae o-
mitto; in concreto accepta nego ant., et consequentiam. Conces-
sa hac quae alia attributa per hanc exigentiam evadunt
formaliter divina, adeoque in omni genere simpliciter in-
finite perfecta.

39) Pro reliquis solvendis notanda sunt sequentia.
Primum, inter attributa divina late, et stricte talia aliud
quoque haberi discrimen, quod ea ut substantia, num
spiritus in abstracto sint simpliciter communia Deo
et creaturis; non ita attributa stricte talia, ut omnisci-
entia, omnipotentia, nisi secundum [illegible] [illegible] aut
conceptus genericos [illegible], doctrina hactenus tradita

accipiendum est de attributis non modo affirmativis, ut omniscientia, omnipotentia, sed etiam negativis ut de immutabilitate, immensitate, et aliis hujusmodi. Haec quippe attributa negativa sunt tantum quoad modum significandi non quoad rem significatam: immutabilitas enim significat constantiam in eodem statu perseverantiam, immensitas vero in omni loco praesentiam. At hujusmodi praedicata negativa non quatenus explicite removent a Deo imperfectionem, sed quatenus implicite perfectionem aliquam illi tribuunt, sunt attributa divina. Sextum, quod dicimus attributa divina qua talia, esse aequalis perfectionis, sermonem tunc est ad nostrum concipiendi modum significanda enim, seu quatenus sunt in Deo nec aequalia sunt, nec inaequalia, quia tum aequalitas tum inaequalitas realis realem supponunt distinctionem. Quid vero sentiendum sit de praedicatis divinis, aperiemus, ubi de Deo Trino.

Articulus V
De Simplicitate Dei

40 Perfectio unitati proxima est simplicitas: nam sicut unitas opponitur multitudini et excludit pluralitatem rerum; ita simplicitas opponitur multiplicitati partium, et excludit compositionem. Simplex igitur idem est, ac compositionis expers. Quare quum compositio sit plurium distinctorum coalescentia, adeoque postulet distinctionem partium, quaeritur hic, utrum Deus sit ita simplex, omnique compositionis expers, ut inter praedicata, quibus constituitur, praeter distinctionem rationalem, quam infra docebimus, nulla alia sit admittenda distinctio. Et quoniam di-

stinctio multiplex e, nempe realis, formalis ex natura
rei, virtualis intrinseca, et rationis ratiocinatae, de his
singulis quaeremus an admittenda sint inter praedicata
Dei absoluta, quorum nomine hic intelligimus tum attri-
buta, tum essentiam Dei, seu aseitatem. Quaenam vero distinctio
statuenda sit inter praedicata Dei absoluta, et relativa
seu inter naturam, et personalitates, praesertim ob expo-
nendas propositiones apparenter contradictorias, quae pro-
feruntur a Conciliis, et Patribus, dicemus ubi de sacro
Sancta Trinitate.

41 Conclusio prima. Inter praedicata absoluta seu inter
attributa divina tum secum ipsis, tum cum divina essentia, seu ase-
itate comparata non datur distinctio realis. Est de fide,
ut constat primo ex Concilio Lateranensi cap. Firmiter
de Summa Trinitate, ubi definitum est, quod in Deo sint
tres quidem personae, sed una essentia, substantia, seu
natura simplex omnino. Secundo ex Concilio Rhemensi,
in quo, Praeside Summo Pontifice Eugenio III adver-
sus Gilbertum Porretanum Episcopum Pictaviensem, de-
finitum est simpliciter naturam divinitatis esse Deum: item
Deum non nisi ea sapientia, quae est ipse Deus, sapien-
tem esse, non nisi ea magnitudine, quae est ipse Deus, ma-
gnum esse, non nisi ea aeternitate, quae est ipse Deus, aeter-
num esse, non nisi ea unitate unum, quae est ipse, nonni-
si ea divinitate Deum, quae est ipse: Deum esse sapientem,
magnum, aeternum, unum Deum esse. Quibus verbis
manifeste significatur Deum ita simplicem esse, ut inter ejus
praedicata absoluta tum in concreto tum in abstracto sum-

pta, sive inter se, sive cum essentia conferantur, nulla intersit distinctio realis, sed sola identitas. Ex Patribus vero, quos referunt Theologi, id diserte tradidit Augustinus lib. 6 de Trin. cap. 6 his verbis: eadem magnitudo ejus est, quæ sapientia, et eadem sapientia, quæ bonitas, et magnitudo, et eadem veritas, quæ illa omnia. Et non est ibi aliud magnum vel beatum esse, aut omnino ipsum esse. Confirmatur ex illo axiomate Theologorum: in divinis omnia sunt unum, ubi non obviat oppositio relativa, hoc est producentis, et producti; sed inter prædicata Dei absoluta, sive in concreto, sive in abstracto sumantur, sive inter se, sive cum divina essentia comparentur, non intercedit relationis oppositio; ergo. Denique simplicitas, quæ excludit compositionem ex essentia, et attributis realiter distinctis, est perfectio pura, et simpliciter simplex; ergo et hæc cum aliis divinis perfectionibus ratione asseitatis tribuenda est Deo.

42 Conclusio secunda. Nec distinctio formalis ex natura rei. Est communis contra Scotistas. Probatur. Distinctio formalis ex natura rei, docentibus ipsis, Scotistis, est distinctio actualis, quæ nemine cogitante, datur inter formalitatem, et formalitatem ejusdem rei: sed inter attributa divina, sive inter se, sive cum divina essentia comparentur, nemine cogitante, nulla omnino datur distinctio actualis; ergo. Probatur minor, quia alioquin natura divina non esset omnino simplex, ut definitum est ex Concilio Lateranensi, sed composita ex essentia, et attributis ante omnem operationem intellectus actu distinctis. Tum quia caterum inter attributa divina ex. gr. intellectum, et voluntatem, admittenda foret hæc distinctio, quatenus, nemine cogitante, depo objectiva intellectus, ita deffo om[...]

ctiva voluntatis; sed hoc e falsum. Ergo ante omnem operatio-
nem mentis nostrae intellectus, et voluntas in Deo, ceteraque
quae divina attributa, sive secum ipsis, sive cum divina essentia
comparentur sunt una eademque entitas divina, ut liquet
ex auctoritatibus in praecedenti conclusione relatis; ideo;
habent unam, eamdemque quidditatem, seu definitionem objectivam.
ergo. Confirmatur. Neque inter praedicata Dei absoluta
et relativa opus e hac distinctione formali ad exponenda
ea praedicata apparenter contradictoria, quae in altissimo
Trinitatis misterio occurrunt; ergo eo minus ideo opus e
inter praedicata Dei absoluta. Propono ante superius ex-
tendendis de Trinitate. Si igitur non sunt multiplicanda en-
tia sine necessitate ut ajunt Phi. nec hujusmodi distinctio
inter praedicata Dei absoluta e adstruenda.

45 Conclusio tertia. Nec distinctio virtualis intrinseca;
e communior contra plures Thomistas Cardinalem de Lu-
go Arriagam et alios. Probatur. Distinctio virtualis intrin-
seca e capacitas ejusdem rei ad sustinendo praedicata con-
tradictoria absque contradictione, et apellatur distinctio vir-
tualis, quia e vis seu aequivalentia distinctionis realis
quoad munus sustinendo praedicata contradictoria. Sed
inter attributa divina, sive secum ipsis, sive cum essentia compa-
rentur non datur hujusmodi vis, seu capacitas. Probatur haec
minor. Si inter attributa divina ex. g. intellectum, et volun-
tatem daretur haec vis et capacitas, ideo est, quia verifica-
rentur hae duae propositiones: intellectus intelligit, voluntas
non intelligit; sed hoc fieri non potest seu verificarentur etiam
hae duae: voluntas divina e intellectus divinus: voluntas divina

14 non ē intellectus divus, et prima quidem concedunt adversarii, secunda autem probatur. Voluntas non ē intellectus, si voluntas non ē id quod ē formaliter intellectus; sed per adversarios voluntas non ē vis intelligendi, quae ē formaliter intellectus; ergo. Confirmatur hoc quia semel concessa distinctione virtuali intrinseca, statim sequitur distinctio formalis ex natura rei. Nam si intellectus ex. gr. et voluntas divina habent capacitatem intrinsecam ad sustinenda praedicata contradictoria possunt de invicem negari, ut patet ex praecedenti discursu, et consequenter entitas, seu quidditas unius non ē quidditas alterius, quod ē fundamentum distinctionis formalis ex natura rei. Tum quia non minus separabilis ē distinctio formalis ex natura rei Scotistarum, quam virtualis intrinseca plurium Thomistarum, ut patebit ex solutione objectionum. Utraque igitur pari jure ē rejicienda.

44 Conclusio 4ta. Inter eadem praedicata Dei absoluta sive inter se sive cum essentia comparata admittenda ē distinctio rationis ratiocinatae, ita Thom. cum D. Thoma hic q. 13. a. 4. et 5. Probatur. Distinctio rationis ratiocinatae nihil aliud ē, quam diversi inadaequati conceptus ejusdem rei cum fundamento in re: sed licet divina attributa, aut seu ipsis aut cum divina essentia comparata sint una eademque [illegible] simplicissima res eadem vero, ut superius eminenter continens perfectiones omnium creaturarum, et comparata ad diversa connotata extrinseca, fundamentum praebet intellectui nostro sufficientissimum, ut diversimode concipiatur, ac repraesentetur; ergo. Si vero constaret ex [illegible] quod distinctio rationis ratiocinatae non aliud sit

quā diversi, seu inadaequati intellectus nostri concep: tus de eadē re, differt tum a distinctione reali, tum a formali ex natā rei, tum a virtuali intrinseca: quod ā huiusmodi inadaequati conceptus ab intellectu nostro formentur cum fundamento in re, differt a distinctione ra: onis ratiocinantis. Minor a probatur: nā eadē dna res concepta, ut independens a causa, dicitur asseitas, haec essentia metaphysica Dei: concepta ut independens a mat. dicitur spiritus: ut supereminenter continens bonitatem omnium creaturarū, apellatur bonitas, per ordine ad omnia producibilia, nuncupatur omnipotentia etc. et sic de reliquis dnis attributis; ergo. Confirmatur ratione, et verbis Doctoris Angelici qui postquā quaest. 2, art. 2 multiplicatione ostendit, Deum esse simplicem, ita loquitur = intellectus noster, quia cognoscit Deum ex creaturis, format ad intelligendum Deum conceptiones proportiona tas perfectionibus procedentibus a Deo in creaturas. Si: cut igitur diversis perfectionibus creaturarū respondet unū simplex principium, repraesentatum per diversas per: fectiones creaturarū varie, et multipliciter, ita variis et multiplicibus conceptibus nostris respondet unū omnino simplex, secundum huiusmodi conceptiones diversimode intel: lectum =.

45. Hinc colliges, praecipuum fundamentum distinctionis rationis ratiocinatae, quae attributa dna inter se invicem, et ab essentia distinguimus, esse supereminentia dnae naturae aequivalentis infinitis aliis rebus, realiter a se distinctis, quamquam ad diversa extrinseca connotata comparatur

9. Hic accidit intellectus nostri vis limitata, cujus causa nt perfectionē dīnā entiā uno actu adaequate cognoscere, adeoque per plures inadaequatos conceptus ad illius notitiā cogitur pervenire. Accedunt eā species alienā per quas Deum in hac vita cognoscimus. Quemadmodum eā a multis diversisque creaturis has species desumimus, ita Deum per ordinē ad varias creaturas cognoscimus, atque ita diversis inadaequatis conceptibus repraesentamus.

Objectiones, et Solutiones.

46 Objicies primo contra eā conclusionē: intellectus dīnus, et voluntas dīna diversas hnt objectivas definitiones, ergo distinguuntur formaliter ex natā rei. Ant. probatur: intellectus quippe definitur vis intelligendi, et voluntas vis volendi, ergo. Confirmatur: intellectus dīnus, et voluntas possunt de se mutuo negari; ergo distinguuntur realiter, non distinctione reali majori; ergo minori.

47 R. dīquo ant. hnt diversas definitiones objectivas inadaequatas, concedo, adaequatas, nego ant. et consequens intellectus dīnus, et voluntas dīna in se ipsis, et a parte rei sunt una, eademque simplicissima res, et utraque ē vis tum intelligendi, tum volendi. Distinctio igitur non ē in ipsa re, sed tota pendet a nostro intellectu, qui rē illā, licet una, et simplicissimā, refert ad diversa connotata, et in ordine ad objecta intelligibilia illā concipit, ac definit per vim intelligendi, in ordine vō ad objecta, ut bona, per vim volendi. Hic 48

ratione sunt diversa in ordine ad rationes objectivas, quae non aliud arguunt distinctionem quam rationis ratiocinatae. Ad confirmationem: quae ... possunt de se mutuo negari in sensu formali, ideo in sensu reali, nego ant. jam dictum est intellectum divinum, et divinam voluntatem a parte rei esse unam, eandemque indivisibilem, nempe essentiam seu naturam divinam. Quare in hoc sensu quidquid est intellectus, est etiam voluntas, et vicissim, adeoque nequeunt de se mutuo negari. At in sensu formali distinguuntur; quia nostra cognitio referens totam hanc essentiam divinam ad objecta intelligibilia, eamque concipiens ut vim intelligendi, non est cognitio eamdem essentiam comparans ad objecta sub ratione boni, eamque repraesentans ut vim volendi: seu divina essentia, ut substans primae cognitioni non est eadem divina, ut substans alteri; hoc modo loquendo distinctio, et negatio stat penes diversos conceptus.

48 Objicitur contra eamdem, et simul contra tertiam conclusionem: intellectui divino, et divinae voluntati independenter a quacumque nostra cogitatione conveniunt praedicata contradictoria; ergo ad tollendam contradictionem admittenda distinctio aut formalis ex natura rei, aut virtualis intrinseca. Prob. ant. intellectus divinus intelligit, et voluntas divina non intelligit; sed intelligere, et non intelligere sunt duo contradictoria; ergo. Multiplicantur autem hujusmodi contradictoria in aliis quoque divinis attributis, ex. gr. justitia et misericordia. Justitia iniquos punit, et non miseretur, misericordia vero miseretur, et non punit. Confirmatur: Si res ita se haberet, sicut nos asserimus

oē objectū a Deo cognitū, et eōdē a Deo volitum. falsum
ē consequens, et absurdus quam maximus: ergo volunt.
dīa nō intelligit, sed intelligere proprius ē solius intel:
lectus. Pr. id, quod ē terminus dīæ voluntatis, ē a Deo
volitus, sed si voluntas dīa [illegible] intelligeret, oē obje:
ctū a Deo cognitū ēet eā objectū, seu terminus dīæ
voluntatis; ergo oē a Deo cognitū ēet eā ab eodē volit.

49 Rl. nego ans. ad probatiōnē nego, vel majoris claritatis
gratia dico ita paulo magis. Voluntas dīa in sensu formali
nō intelligit, eo in sensu reali, nego hanc vel paulo magis
et contra mōi intellectus tamen nō est regula contradictio:
nis, nego [illegible] et voluntas dīa in sensu reali intelligit,
et omnis intellectus vult: sunt ē una, eademque indistin:
cta res. Quare in hoc sensu falsa ē illa propo. voluntas
non intelligit: at vera ē in sensu formali, quatenus
vedent hunc sensus cognitio nostra reflexa voluntatē [illegible]
ad objecta sub ratione boni, et ē cognitio, quæ eamdē vo:
luntatē separat ab objecto sub ratione veri: seu entitas dīa
ut subtractis nostra cognitioni sub ratione principii volendi
nō ē entitas dīa ut subtractis nostræ cognitioni sub ratione prin:
cipii intelligendi. Idē quoque dicendū de justitia, et mise:
ricordia. eadē quippe essentia dīa vealis, et punit, et mi:
seretur. at considerata in ordine ad misericordias novi opu:
[illegible] sub conceptu misericordiæ [illegible] ad punitiones
nostro intellectui exhibetur sub conceptu justitiæ. [illegible]
de modo [illegible] pictor [illegible] [illegible] hominis
[illegible] et [illegible] intellectus
noster [illegible] dīa [illegible] in ordine ad diversa

connotata illam concipit, et repraesentat jam sub conceptu justitiae jam misericordiae aliorumve praedicatorum quae Deo conveniunt. Verum distinctio haec non est rei intrinseca, sed extrinseca, et penes intellectum, quamvis sit cum fundamento in re; non secus ac distinctio illa, quae habetur inter diversas ejusdem hominis picturas, jam non est ipsi homini intrinseca, sed extrinseca et penes picturas tantum. Ad confirmationem nego majorem, ad hujus probationem dico naturam esse, quod a terminis dicatur voluntatis sub ratione boni et a Deo volitum, idem, sub ratione veri, nego minorem et sic distinctionem nego consequentiam.

50 Objectio, intellectio, qua Deus semetipsum cognoscit est prior volitione, qua semetipsum amat; ergo distinguuntur formaliter ex natura rei aut virtualiter intrinsece. Antecedens probatur. Illa intellectio dirigit hanc volitionem, eidemque praelucet, juxta illud: nil volitum, quin praecognitum: Deus enim ideo semetipsum amat, quia semetipsum cognoscit, non vicissim. Quod declarari potest ad paritatem intellectionis creatae, quae eamdem ob causam praecedit volitionem. Confirmatur. Omnis cognitio praesupponit suum objectum, ut liquet de se; ergo eam intellectio, qua Deus seipsum intelligit, praesupponit suam essentiam; ergo saltem essentia est prior intellectione, qua semetipsum cognoscit.

51 Ideo nego, vel majori claritatis gratia distinguo antecedens; est prior sola prioritate rationis, quae stat penes nostrum concipiendi modum, concedo; prioritate reali, nego; quae sit penes terminos, nego antecedens, et consequentiam. In Deo enim non est prius et posterius (absit de illo sic cogitare), sed quidquid

in Deo, est unus, et purissimus, ac simplicissimus actus qui hic prout ab intellectu nostro refertur ad objecta sub ratione veri dicitur intellectio; et prout refertur ad eadem objecta sub ratione boni, volitio nuncupatur. Igitur sicut tota distinctio inter intellectionem, et volitionem, ita eas tota prioritas stat penes nostrum concipiendi modum. Ad probationem igitur dico, intellectionem Dei dirigere ejus volitionem, non realiter, sed penes nostrum concipiendi modum; illud axioma, si de Deo intelligendum est, non aliam prioritatem quam rationis potest significare: quemadmodum eas illa causalis de sola prioritate rationis, non causalitatis est accipienda. Aliter vero se habet in creaturis, in quibus sunt potentia, et actus realiter distincti, et cognitio realiter distincta a volitione. Ad confirmationem igitur dico: omnis cognitio praesupponit suum objectum saltem prioritate rationis, omitto, prioritate reali, nego antecedens, et sub eadem distinctione utramque consequentiam.

52 Sin vero opponantur contrarie ideis ex mysterio Trinitatis desumpta e.g. haec. Pater generat Filium per intellectum, non per voluntatem. Pater, et Filius spirant Spiritum S. per voluntatem, non per intellectum: productio Filii est generatio, quia est per intellectum, non per voluntatem, productio autem Spiritus S. est spiratio, quia est per voluntatem, non per intellectum. Respondendum, nos hic agere de Deo in suis praedicatis absolutis, alterum subinde de eodem in praedicatis relativis et hinc, quantum fieri poterit pro nostra infirmitate, iam declaravimus.

53 Obj. 4to contra quartam. Nullum est fundamentum in divinis attributis intrinsecum ut diversis inadaequatis conceptibus repraesententur: ergo inter ea admitti non debet distinctio rationis ratiocinatae. Consequentia legitima est, quia distinctio illa a suis auctoribus non aliud esse dicitur, quam diversi inadaequati conceptus cum fundamento in re, hoc est intrinseco ipsi rei, quae diversis inadaequatis conceptibus repraesentatur. Ant. itaque aucto. probatur: attributa divina sunt realiter una indivisibilis, et omnino simplex res; sed hujusmodi res ita simplex, ut praebere intellectui fundamentum, ut ab eodem diversis conceptibus repraesentetur: ergo. Confirmatur primo: quamvis entitas divina sit aequivalenter multiplex, tamen ipso facto quod est formaliter simplex non repraesentari diversis inadaequatis conceptibus. Antecedens probatur: quia hoc ipso quod sit formaliter simplex semper repraesentatur tota ergo adaequate. Confirmatur secundo. Nequit unum attributum divinum concipi sine aliis, ut liquet in divina omnipotentia quae concipi nequit sine aliis divinis perfectionibus; ergo etc. Confirmatur tertio. Conceptus, qui divina attributa repraesentant, ut multa non sunt conformes objecto, idest Deo, seu ejus essentiae, difformes: exhibent enim distinctionem, quae in illo non est; ergo etc.

54 Resp. Deo neg. antecedens, ad probationem dico attributa, sunt realiter una, indivisibilis, et omnino simplex entitas, aequivalenter tamen multiplex, concedo, non aequivalenter multiplex, nego [illegible] sic distincta [illegible] complexa. Omnia quidem attributa, si, ut sunt in Deo, spectantur, sunt una, eademque

indivisibilis essentia, secundum illum Theologorum: in Deo
omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio; et
nihilominus intellectus noster in ipsa Dei essentia, fun-
damentum reperit reperit repraesentandi sub diversis
inadaequatis conceptibus. Quia enim Deus in se capere non
contineat omnes perfectiones creaturarum, aequivalet innumeris
entibus realiter distinctis, et propter hanc aequivalentiam
in unitate Dei intrinsecam, accedente nostra limitatione,
seu infirmitate nostri intellectus, impotentis uno actu
hanc totam concipere, praesertim, quia in hac vita
nos cognoscendo Deum ex creaturis aliorumque exemplis,
mediis a visibilibus hujus mundi, divinam entitatem modo
repraesentat sub conceptu omniscientiae, modo sub con-
ceptu omnipotentiae, aliorumque nominum attributorum; ergo
hujusmodi diversi inadaequati conceptus revera sunt cum
fundamento in re.

3. Ad primam confirmationem nego antecedens, et probationem,
et quo ante, repraesentatur tota, non tamen per ordinem
ad omnia connotata extrinseca, ideo, repraesentatur to-
ta et per ordinem ad omnia connotata, nego antecedens, et
aequo consequens, ergo adaequate comprehensione se tenente
ex parte ipsius entitatis Dei, ideo, ex parte cognitionis
nostrae, seu relationis ad connotata, nego consequentiam. Ne-
que intellectus noster concipere Dei entitatem quin haec
tota simul revera sit objectum nostrae cognitionis, quae
in se sit una, et simplicissima, at illam concipit modo in
ordine ad unum connotatum, modo in ordine ad aliud.
Quare confundi non debet totalitas objectiva totalitatis

cognitionis. (quia concipimus entitatem divinam sub concep-
tu omnipotentiae totam divinam entitatem concipimus, et
repraesentamus, sed solum per ordinem ad possibilia; quia
eandem concipimus sub conceptu omniscientiae totam
concipimus, sed per ordinem tantum ad objecta cognos-
cibilia; et hoc ideo facimus, quia illam consideramus
per ordinem ad alia connotata, et sub conceptu alicuius
attributionis, quae ideo Deo conveniunt.) Itaque con-
ceptus hujusmodi sunt inadaequati inadaequatione se
tenente ex parte modi cognoscendi, non ex parte divinae
entitatis, sicut est in se.

56 Ad secundam confirmationem dico primo, ut unum attribu-
tum divinum, quod tale, continet absque aliis, ut aequivalen-
ter contentis, ideo absque aliis, ut formaliter contentis
nego antecedens, et consequentiam. Eo quidem attributum, quod di-
vinum est, formaliter dicit exigentiam identitatis realis
cum caeteris divinis attributis, quae de causa dicitur ea aequi-
valenter continere, at nihilominus formaliter ea non
continet: quia omnipotentia ex. g. formaliter, et expresse
dicit solam potentiam producendi possibilia, omniscienti-
a solam cognitionem omnis cognoscibilis; ergo haec attri-
buta adhuc distinguuntur in suis formalibus, et expressis
suis conceptibus. Ergo licet unum attributum divi-
num, quod divinum est consideratum, nequeat concipi absque
aliis attributis divinis, ut aequivalenter contentis, potest tamen ita
concipi specificative sumptum, hoc est praescindendo ab
eo, quod divinum sit.

57 Ad tertiam confirmationem nego antecedens. Nam diversi mo-

illi conceptus non repraesentant divina attributa, ut multa positive, quasi positive affirment, ea in se plura esse et aliquam distinctionem realem iis affingant; sed solum repraesentant, ut multa praecisive, qualiter unus conceptus repraesentat totam divinam entitatem per ordinem ad unum connotatum et praescindit a relatione, quam habet ad alia connotata; ergo.

Corollarium

58 Quod compositio non aliud sit, quam distinctorum unio ex hactenus dictis, facile colligitur, unde in Deo compositio aliqua sit admittenda. Triplex scilicet generatim distinguitur compositio physica, metaphysica, et logica. Prior consistat vel ex materia et forma, et corpore, et anima, vel ex partibus quantitativis, aut integrantibus, vel ex subiecto, et accidente. Altera nempe metaphysica fit ex actu, et potentia, ex essentia, et existentia, ex natura et personalitate: quia hi termini metaphysici sunt, et propterea compositio haec metaphysica vocatur. Compositio denique logica fit ex genere, et differentia: quia termini quae ad logicam spectant, compositio haec logica nuncupatur. Primo igitur a Deo procul est quaevis compositio physica. Quia ad Deus sit ens quoddam simplicissimum cujusvis distinctionis realis expers, et purus spiritus ut infra ostendetur, nullum penitus in eo locum habet, nec habere potest compositio physica; secundo nullum locum habet in eo compositio metaphysica: neque enim in Deo est aliquis actus mixtus potentia, sed est actus purissimus et perfectissimus, neque ulla distinctio realis inter essentiam et existentiam

ejus datur inter naturam, et personalitates, ut ex professo dicemus de sacro-sancta Trinitate. Deinque in Deo nulla videtur admittenda compositio logica, tum quia in omni composito ex genere, et differentia unum se habet per modum actus perficientis, nempe differentia, alterum per modum potentiae, quae perficitur, nempe genus. Tum quia in tali composito unum non includit alterum, nempe genus non includit differentiam. Verum nihil in Deo est quod se habeat per modum potentiae perfectibilis, nam unum praedicatum perfecte praescindit ab alio, quum quodlibet divinum attributum reduplicative, aut saltem implicite consideratum dicat saltem exigentiam identitatis realis cum ceteris, adeoque illa aequivalenter contineat.

54 Quaeres an compositio aliqua rationis, et pure mentalis in Deo admitti possit?

Respondeo nequidem rationis compositionem proprie dictam in Deo esse admittendam. Primo quia ex dictis attributa neque ab essentia, neque a se invicem perfecte praescindunt, sed mutuo, ac implicite, ac confuse se se includunt, nec distinguuntur nisi penes conceptus nostros magis, aut minus explicatos. Minor igitur est distinctio rationis ratiocinatae inter divina attributa, quam sit e.g. inter animal, et rationale hominis. Haec siquidem praedicata, et quoad explicitum et quoad implicitum a se mutuo praescindunt. At unum praedicatum divinum reduplicative sumptum, et quoad implicatum dicit exigentiam identitatis realis cum ceteris divinis attributis, et ideo implicite, et aequivalenter illa includit; ergo praedicata divina nequidem compositionem rationis stricte acceptam

admittunt. Secundo compositio illud semper involvit, ut unum se habeat per modum potentiæ, aliud vero per modum actus. At in Deo nihil concipi potest, quod se habeat per modum potentiæ quasi passivæ. Tertio demum, quia Deus sit ens simplicissimum maxima, quæ potest excogitari, sim: plicitas ipsi adjudicari debet; ergo nec rationis quidem com: positio, seu per mentem, ipsi potest adscribi.

Articulus VI

De attributo substantiæ Spiritualis.

60 Deum esse corporeum, putaverunt primo Idolatræ, qui Sap. 13 v. 1, et 2 redarguuntur his verbis: vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: et de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnoverunt, quis esset artifex Sed aut ignem (vulcanum), aut Spiritum (ventum), aut ci: tatum aerem (celerem, et mobilem suo Junonis nomine), aut gyrum stellarum (varios in his Deos finxerunt, quorum nominibus insigniebantur astra Zodiaci), aut nimiam aquam (sub nomine thetis, et Neptuni) aut solem (Phœ: bum), et lunam (Dianam) rectores orbis terrarum Deos putaverunt. Verum inter gentiles non solum rudiores atque indocti, sed plerique etiam Philosophi persuasum habuere, Deum esse corporeum. Nam Velleius Epicuri doctrinam exponens apud Cic. lib. 1 de nat. Deorum sic ait: quod vero sine corpore ullo Deum vult esse (Plato) ... id quale esse pos: sit, intelligi non potest. 62 Careat enim sensu, necesse est, careat etiam prudentia, careat voluptate, quæ omnia cum Deorum notione comprehendimus. Et, quod maxime minus ei det,

eā ex iis, qui divina revelationis lumine illustrati fuerunt
nonnulli extiterunt, qui Deum corporeum esse dixerunt.
Ex Judaeis ita sensisse Sadducaeos constat ex actis Apost.
cap. 23, v. 8: negabant existentiam spiritus, dicentes, =non
esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum=. Ma:
nichaei teste S. Aug. contra Epist. fundamenti cap. 23, autu:
mabant = Deum esse infinita mole diffusum, non tamen undique,
sed tribus quadris infinitum, atque condensum, ex una vero
parte fissum, patentem, hiantem, lacum superius inanitate ca:
rentem, inferius terrâ tenebrarum, vel, si ita est melius dicere,
apertum superius suâ propriâ, clausum inferius alienâ =.
Praeter haec insana commenta alii prodierunt Haeretici an:
tiqui, qui Deum asseruerunt esse corporeum e. g. Seleucus, et
Hermias, et alii, sicut refert Philastrius de haeresibus. De:
inde Anthropomorphitae sic dicti fuerunt, quod humanum
corpus Deo tribuerent. Hunc errorem amplexati sunt sim:
pliciores quidam Monachi in Aegypto, ut Socrates narrat
lib. 6 cap. 7. Theophilus Alexandrinus, quod contra senti:
ret, eosque ad veritatis viam revocare conaretur, veluti
impietatis reum ne dum ab Ecclesia sed plane e mundo exter:
minandum esse asseverantes. Ratherius Episcopus Veronen:
sis apud recentiores quemdam Anthropomorphismum suâ aetate, id est
saeculo 10 Veronae, et Vicetiae in Italia viguisse, scribit.
Saeculo elapso Thomas Hobesius Deum corporeum esse
non obscure docuit. Quid in hac re senserit, et docuerit
impius Spinoza, supra declaravimus.

62 Verum, ut alios omittamus, quosdam erroris insimulan:
tur nonnulli eos Scriptores, qui ab aliis tamen vindicantur.

Primo Melito in Asia Episcopus Sardensis 2do Ecclesiae
seculo, quod teste Origene Melitonis coetaneo, scripserit
Deum esse corporeum: at virum hunc pietate, et scientia cla:
rum celebrant antiqui Scriptores, et Sixtus Senensis (impu:
gnatus tamen a Petavio) verba in graeco textu vitiata esse con:
tendit, imo de Verbo incarnato ea esse prolata, ut sensus
sit, Deo corpus inesse ratione humanae naturae a Verbo assumptae.
Utrum ex his duabus sententiis sit vera, nobis per tempus
non vacat discutere. Quod nimis durum contra Melitonem
videtur, illud est adversus illum perhibuisse testimonium scripto:
rem coaevum, qui solum titulum, non opus ipsum legisse inde:
que hallucinatus fuisse credi vix potest. Secundo Tertullianus,
qui multis in locis scripsit, Deum corporeum esse. Verum
corporis nomen adeo pro substantia, non quidem materiali, sed
quatenus opponitur nihilo, usurpatum fuisse dicunt ejus:
de vindices Natalis Alexander, Honoratus Tournely, aliique.
Equidem enim proprie corporeo convenire non videntur, quae
Deo alibi tribuit Tertullianus, ut cum loco alibi a nobis
citato loquens de modo, quo Deus erat ante mundi consti:
tutionem ait: =ante omnia Deus erat solus ipse sibi, et mundus,
et locus, et omnia=. Tertio Audaeus sive Audius, homo
moribus pius licet Schismaticus in controversia de celebra:
tione Paschatis luna XIV Martii more judaeorum, atque per:
tinaciter contenderet, imaginem Dei, ad quam homo fa:
ctus dicitur, in corpore positam esse, unde occasionem errandi
acceperunt nonnulli Monachi Aegyptii, de quibus supra; attamen
hi de hoc errore vindicant plures Scriptores ea potissimum
ratione, quod S. Epiphanius coaevus testatur eum nulla in re

nisi levissima a fide catolica defecisse, et de ss. Trinitate ve=
re scripsisse. Quarto demum ipse s. Epiphanius a quibus=
dam suspicionem hujus erroris vocatus fuit. Dum habe
s. Hieronymus epistola 61 ad Pamachium, quum Joannes
Hierosolimitanus in publica concione, adversus Antropo=
morfitas habita, hujus stultitiae suspectum Epiphanium face=
re valuisset, surrexit Epiphanius, et Joanni alta voce
respondit = cuncta, quae locutus es, collegio, frater, etate fi=
lius meus, contra Antropomorphitarum heresim, bene et fi=
deliter locutus es, quae mea quoque damnatur voce = Dein=
de heresi septuagesima Audianos confutat quia illud,
quod ad imaginem Dei conditus homo dicatur, ad corpus refe=
rendum esse existimaverint. et ibidem n.º 5 concludit = Spiritus
Deus est qui omnem spiritum exsuperat =. His praemissis
62 Conclusio. Deus est substantia mere spiritualis, et a=
deo corporis utpote expers. Pr. primo ex scripturis. Joannis
4 v. 24 inquit Christus = Spiritus est Deus: et eos, qui adorant
eum, in spiritu, et veritate oportet adorare = Quo in loco no=
men spiritus proprie, ac ad litteram accipiendum esse decla=
rat tum mens, et intentio Christi de adoratione Dei in spiri=
tu, et ubique praestanda, tum ex generali illa regula a
Theologis ex Augustino recepta de intelligendis sacris lit=
teris in sensu proprio, et litterali, nisi necessitas ad solum
sensum improprium, et figuratum nos compellat. Deinde 2.ª
ad Corint. cap. 3 v. 17 Apost. dicit = Dominus autem Spiritus est =
Quod omnes PP., et interpretes proprie accipiunt ita ut
ibi excludatur a Deo quidquid corporeum assignabile est.
Huc spectant etiam illa ejusdem Ap. verba 1 ad Thim. primo

it: regi ad immortali, et invisibili =. Immortalitas enim et invisibilitas non rei corporeae, sed mere spirituali conveniunt.

63 Prodo ex unanimi SS. Patrum consensu, ex quibus sequentes seligimus. Origenes lib. primo de principiis cap. 1 ait: non ergo aut corpus aliquod, aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis natura simplex, nihil omnino in se adjunctionis admittens.. ut sit ex omni parte monas, et ut ita dicam, totus mens, ac fons, ex quo totius intellectualis naturae vel mentis initium est =. Veritatem hanc luculentissime exposuit et vindicavit seculo 4to S. Gregorius Nazianzenus orat. 34 ubi Deum incorporeum esse, pluribus, et invictis argumentis ostendit: si corpus inquit eum esse dicas, quonam ergo modo immensus, infinitus, figurae expers est, ac denique ejusmodi, ut nec tangi, nec oculis cerni queat? =. et post plura tandem concludit. atque hinc constat Deum corpus non esse. Reliquum est igitur ut incorporeum esse Deum, existimemus: S. Aug. tum alibi frequenter, tum lib. 12 de Trin. cap. 7 hunc errorem refellit = hinc seu vana cogitatio est, quae opinatur Deum membrorum corporalium lineamentis definiri atque circumscribi =. Et lib. 8° de civitate Dei cap. 5° orsus, quod animus noster incorporeus sit, colligit, multo minus Deum, animi nostri creatorem corporeum esse.

64 Probatur 3tio pluribus rationibus, quas prima parte quaest. 3tia art. 1, et 2, ita clare concinit S. Thomas, ex quorum hanc solam afferimus. Deus est ens, quo melius cogitari non potest. nec propositio ab omnibus admittitur: sed melior est substantia pure spiritualis, quam corporea; de hac dubitare stultitiae est. Omnes igitur in hanc veritatem conveniunt plures illustres

Philo Plato ejusque discipuli, ut notat s. Aug. lib. 8 de civit. Dei cap. 6, et apud eundem lib. 22 de civit. cap. 20, Maximus Tyrius dissertatione prima, Sextus Empiricus, quibus adduxero ab Auctio Pitagoras, Xenophanes, Aristoteles, aliique plures, maximi in faciendum est Ecclesiae judicium, a qua constanter ut haeretici habiti sunt, qui Deum corporeum esse dixerunt. Testes appello s. Hieronymum, qui epis. 61 ad Pamachium illorum opinionem stultissimam haeresim vocat, Theodoretum, qui lib. 4 haeret. fabularum cap. 10 stultam sententiam ait, s. Aug. qui haeresi 50 inter haereticos recenset Anthropomorphitas, et haeresi 86 non alia de causa Tertullianum ab hac haeresi excusari posse affirmat, nisi quia = noluit, putasse propterea corpus Deum dicere, quia non est nihil, non est inanitas =. Testes demum appello Philastrium, Epiphanium, Damascenum, Isidorum, aliosque, in suis catalogis haereticorum Audianos, seu Anthropomorphitas recensentes.

Objectiones, et Solutiones.

63 Obj. primo ex auctoritate. Scriptura sacra Deo tribuit corpus, et quae sunt corporis propria = manus tuae, fecerunt me = inquit Job cap 10, v. 8, et cap. 11 v. 8 Deo tribuit triplicem dimensionem his verbis = excelsior Caelo est .. profundior inferno... longior terra. . latior mari = In aliis vero locis eadem sacra Scriptura Deo tribuit oculos, aures os, pedes et alia hujusmodi. Et quidem quum Genesis 1 v. 26 hoc dicitur factus ad imaginem, et similitudinem Dei, posse aperte significare, Deum hoc omnia habere, quae habet homo. Licet igitur aliis in locis Deum spiritum Scriptura appellet, non propterea eidem corpus negat, sed nomine spiritus illud significat quod nos intel

1029 ligionis nomine corpori. Quod docent eos ss. PP. ex quibus Gregorius Nazianzenus orat. 34 scribit spiritum sine motu, et sine diffusione intelligi non pt. Origenes in Joan. ait, spiritus, si proprie loqui velimus, est corpus: denique veteres plerique Spiritus esse corporeos opinati sunt; ergo.

60 Deo, quum sacra scriptura Deo tribuit corpus, et quae sunt corporis propria, ejusmodi locutiones impropriae sunt, et metaphoricae. Id ad evincit necum auctoritas ss. Patrum, quos tamquam magistros, ac duces sequimur in intelligentia scripturarum, sed alia eas, quae in nostrae assertionis dogmatica fundamento consideravimus. Dimensio igitur, et magnitudo extensionis, de qua, ioc metaphorice significat Dei immensitatem, oculi perspicuitatem, et scientiam, cui omnia patent, manus omnipotentiam, aures benignitatem, et misericordiam, pedes ubique praesentiam, et caetera omnia, quae corporis propria sunt, dum praedicantur de Deo, non aliquid in ipso corporeum [illegible], perfectionem aliquam ipsius propriam declarant. Ex PP. Theodoretus quaest. [illegible] in Gen. refellens eos, qui, errantes in scripturarum intellectu, corpus Deo tribuunt, ait: Isti dicti non animadvertunt, consuetudinem Dei, per homines hominibus loquentem, audientium infirmitati sermones accommodare. Et quoniam oculis [illegible] videmus, virtutem ejus, per quam videt, scriptura vocat oculos, et vocum facultatem audiendi vocat aures, quoniam his partibus audimus, et mandatum Dei os.. Cfr. Aug. epistola 148, alias 111 ad Fortunatianum, Siccensem episcopum de iis scripturis locis, in quibus Deo humana membra tribuuntur ita dixerit cap. 4 n° 10: de membris Dei, quae saepe scriptura commemorat nequis nos [illegible] carnis hujus formae, et figu

ram nos esse crederet similes Deo propterea eadem scriptura et alas habere Deum dicit, quas nos utique non habemus. Sicut ergo alas, quum audimus, protectionem intelligimus; sic et quum audimus manus operationem intelligere debemus, et quum audimus pedes, praesentiam, et cum audimus oculos, visionem, qua cognoscit, et quum audimus aures, notitiam, qua innotescit, et siquid aliud tale scriptura commemorat puto spiritaliter intelligendum. Imago igitur, et similitudo Dei ad quam factus est homo, juxta communem, et tritam ss. Patrum doctrinam stat penes animam spiritualem; utut multiplex sit de hoc eorumdem ss. PP. expositio. Aliqui enim hanc imaginem, et similitudinem in anima statuunt penes intellectum, quatenus idoneus est Deo cognoscendo, et possidendo. Alii penes voluntatem, et liberum arbitrium, sive in dominio supra suas actiones, et bestias, quod donum homini concessit Deus primo. Alii demum dictam imaginem collocant in anima penes omnes tres potentias simul ad exprimendam Trinitatem. Sin autem velles imaginem hanc, et similitudinem eam in corpore statuere, tunc intelligas, oportet, hominem factum ad imaginem, et similitudinem Dei incarnati. Neque illud praetereundum est nonnullos veterum fuisse, opinatos, Deum humana forma assumpta creasse hominem ad imaginem et similitudinem suam. Haec sententia placuit seculo 16 Augustino Steuchio, atque quadam recentiori, et in hoc sensu forte exponenda sunt nonnulla Tertulliani, aliorumque testimonia. Quantum ad illos, qui nomine spiritus corpus intellexerunt satis ex dictis constat responsio.

64. Objicitur ex cap. vaonis Nos fatentibus (usque VI, 12, Patet simul nullam neque Dei, neque spiritus notionem

claram habemus; tollerari ergo possunt, qui Deum incorporeum esse negant. Imo, ut objicitur apud Tullium lib. primo de natura Deorum, Deus sine corpore ullo intelligitur necessario carere sensu, carere etiam prudentia, carere voluptate, quae omnia una cum natura Deorum comprehendimus; ergo

18 Respondetur, licet non possimus perfecte nosse, et definire, quid sit Deus (vincit enim scientiam nostram, ut habetur Job 36, v. 26, et lucem inhabitat inaccessibilem, ut inquit Ap. prima Timothei 6) certo tamen scimus, omnem omnino ab eodem, utpote ente esse, imperfectionem esse removendam. Cum igitur corporeitatem sine multis, ac magnis imperfectionibus consistere non posse certo sciamus; eam a Deo jure, ac merito removemus. Eadem ratione quid omnino sit spiritus, non novimus: menti enim nostrae cogitanti naturam, seu essentiam spiritus occurrunt calligines imaginum corporalium, et nubila fantasmatum, et tenebrae obstinent. – Et quoniam, inquit Aug. lib. 5to confes. cap. 10. cum de Deo meo cogitare vellem, cogitare nisi moles corporum non noveram: neque enim videbatur mihi esse quidquam, quod tale non esset, ea maxima, et prope sola causa erat inevitabilis erroris mei. Nihilominus certo scimus, spiritum non esse corporeum sed aliquid longe perfectius, et corporearum omnium imperfectionum expers. Tollerari igitur minime possunt, qui Deum, ens scilicet summum, increatum, infectum, infinitum in omni genere perfectionis, non spiritum, sed corpus, faciunt. Haec satis crassa, quae Tullii verbis afferuntur, carnalium propria sunt, qui, teste S. Aug. lib. de utilitate credendi cap. 1. nimis in haec corporalia prorumpunt, atque capti, nihil aliud putant esse quam quod istis quinque nunciis corporis (hoc est quinque sensibus) sen-

tiunt: Verum altius assurgit mens, et aus hominum sapi-
entum, quibus corporalitu non depravatis datum è intellige-
re summum, ac verum Deum, summum spiritum, et in spiri-
tuali sua beatitudine, clarissimum idest maximum sui i-
psius contemplatione et gaudio ineffabili spirituali) enim
substantia beatitudo in perfecta spiritualium facultatum,
intellectus nempe, et voluntatis expletione, idest in visione
intuitiva et amore fruitivo boni unius, et Trini, qui est re-
rum omnium primum principium, et ultimus finis.

Articulus VII

De immutabilitate Dei.

(1) Dei simplicitatem, et substantiam mere spiritualem ordine
doctrina sequitur immutabilitas. Haec vero licet ad nomen
negativi aliquid videatur afferre, revera tamen perfectio po-
sitiva est, nempe entitatis perseverantia, cujus vi Deus semper
idem est, incrementi cujuslibet, et decrementi nescius.
Infertur ex eo, quod Deus est summa substantia, actus purissimus,
et perfectissimus, simplex omnino, et in omni genere perfectio-
nis infinitus ut docet S. Thomas hic quaestione 9 art. 1.
Cum vero duplex sit rei mutatio, nempe intrinseca et extrinseca,
de priori tantum agitur; quae tunc contingit quando res
aliquid de novo intrinseca acquirit, vel amittit, ideo
ut intrinsecum sit incrementum, vel decrementum. Mutatio
vero extrinseca, de qua hic sermo non est, habetur quando
res, licet in se ipsa eadem constans, et stabilis permaneat,
adeo ut nullam intrinsecam de novo acquirat perfectionem,
et nullam amittat, novam tamen subit denominationem, propter

nova aliquas formas extrinsecas, seu novos modos extrinsecos, e.g. quando objecto aliquod dicitur visus, cognitus etc., aut quando Verbum Caro factum est, et denominatus homo, qui antea non erat, sicut exponebam de Incarnatione.

70 Stoici referente Horigene apud Tournely, Deum fecerunt alterationi, et mutationi obnoxium. Item ex haereticis nonnulli apud Cyrillum Alexandrinum lib. de recta fide comenti sunt divinam Verbi naturam in carnem Christi corpus fuisse conversam, ac proinde mutatam. Quem errorem Apollinari haeretico tribuit S. Leo Papa serm. 9 quadragesimae. Non longe abest Euthychianorum error, qui in misterio Incarnationis asserebant transmutationem utriusque naturae, divinae, et humanae in tertiam quamdam naturam. Vorsthius Calvinista ausus est dicere, Deum non esse immutabilem quoad voluntatem, sed quaedam in tempore habere decreta prioribus aliquando contraria, quod nonnulla velit re ipsa de novo, quae antea nolebat. Vorsthio consentire perhibentur moderni Sociniani, Deo tribuentes mutationem non quidem entitatis, sed decretorum, quasi ab entitate divina realiter distinguerentur divina decreta. Praedictis Hominis fortiter restiterunt alii Philosophi generaliter primi ordinis, ut Plato lib. 2o de republ., Salustius, Maximus Tyrius, Aristoteles, et alii. Adversus haereticos supra recensitos alte clamarunt PP., et lib. [illegible] rationis, ut quidem sit

71 Conclusio 1a. Deus intrinsece est omnino immutabilis. Est dogma Fidei. Probatur 1o ex S. Scriptura: Deus absolute, et simpliciter dicitur immutabilis. Ergo homines

et non mutor: Malach 3 v. 6 = Apud quem non ē trans-
mutaō, nec vicissitudinis obumbratio = Jac. 1, vers 17
2.° Ido ex unanimi SS. PP. consensu, quorum plures di-
sertissime docent, Deum eē immutabilem, et nemo ex illis
ē, qui huic veritati, tam luculenter in scripturis ss. declarate
contraveniat. Porro immutabilitatem Dei diserte
tradiderunt s. Dionisius cap. 4 de divinis nominibus,
Gregorius Nazian. orat. 33, Hilarius in psalm. secun-
do 13, Gregorius Magnus lib. 12 moralium cap. 17,
August. lib. de natura boni adversus Manich. cap. 19 u-
bi ait = vere ipse est, quia incommutabilis ē = et
tractatu 23 in 1 caput Joan. de Deo ait = mutari nescit,
nulla ex parte corrumpitur, nec proficit, quia perfe-
ctus, nec deficit, quia aeternus ē = His adde ex eodem s. Do-
ctore praeclarum illud testimonium ex lib. 10 de civitate,
cap. 10, quod vetustissimus in responsione ad confirmaō-
nem ultimae objectionis contra existentiam Dei.

10 3.tio ex Nicena synodo, quo adversus impietatem Arii
dogmatizantis, Filium Dei esse creaturam mutabilem, sta-
tuit = eos, qui dicunt, erat aliquando, quando non erat
etc., aut mutabilem, et convertibilem filium Dei, hos ana-
thematizat Catolica, et Apostolica Ecclesia = Ita inter
pretantur, et referunt Ambrosius lib. 1 de fide capite 4,
et Hilarius in fragmentis. Deinde Concilium Ephesinum
cap. 24 ita decrevit = ē enim Deus immutabilis, nulliquo
alterationi obnoxius, semper idem, sibique similis, et erit
sicut ē, permanens = Cui etiam veritati proscriptis errores Apoli-
naris et Eutychetis. Id omnes concilium Chalced., ubi refert

cap. Firmiter de Trin. sic declarat – Firmiter credimus, et simpliciter confitemur, quod unus solus est Deus … incommutabilis. …

73 Ratio item Theologica hoc manifeste ostendit. Deus est ens a se, omnium perfectionum plenitudinem necessario habens, nullius indigens et quo melius cogitari nequit; atqui hoc ens nulli omnino intrinsecae mutationi subest; quia nec ullam intrinsecam perfectionem suscipere potest, secus non haberet omnium perfectionum plenitudinem, nec ullam potest amittere, secus non esset ens summe necessarium quo melius cogitari nequit, ergo. Demonstratio haec invenitur ex illo scripturae: ego sum qui sum: in quem locum ingeniose Anselmus in Proslog. cap. 22 ait: Tu solus Domine es, quod es, et tu es, qui es: nam in quo est aliquid mutabile, non omnino est, quod est. …

Objectiones, et Solutiones

74 Ob. primo. Sacra scriptura Deo [illegible] tribuit affectiones de novo advenientes, ut poenitentiam, ceterasque ejusmodi passiones; est igitur Deus intrinsecis mutationibus obnoxius. Probatur ant. Gen. 6. [illegible] ait: poenituit eum quod hominem fecisset in terra, et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo inquit, hominem quem creavi a facie terrae … poenitet enim me fecisse eos. Et postquam post diluvium odoratus fuerat [illegible], aliter ait Gen. 8 v. 21 – nequaquam ultra maledicam terrae propter homines –; [illegible] et furorem ejus timens psalmista psalmo 6 v. 1 deprecabatur – Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me – Tristitiam Deo ei tribuit Isaias cap. [illegible] dicens – afflixerunt spiritum sancti ejus. Zelum et zelotypiam suam [illegible] [illegible]

20 v 5; et innumeris aliis in locis.

75. R. quod per sacros scriptores ab his de Deo usurpantur vocabula pœnitentiæ, iræ etc. non proprie, et ad sensum internorum affectuum esse intelligenda, sed metaphorice, et ad effectum quem operatur. Audiatur ingeniosissimus, et Theologorum Princeps Augustinus, qui hac super re lib. 1 de perfect. cap. 1 inquit: ineffabilis est Dei patientia, sicut et zelus ipsius, sicut et ira ejus, et si quid hujusmodi est. Nam si ea quasi nostra ista cogitamus, in illo nulla sunt. Et lib. 17 de civit. cap. 7: Dei pœnitentia non est post errorem sed rerum in ejus potestate constitutarum mutatio. Ubi enim legitur quod pœniteat Deum, mutatio rerum significatur immutabili præscientia manente divina. Et ubi non pœnitere dicitur, non mutare intelligitur. Ergo Dei pœnitentia ipsa pœnarum inflictio, seu ut Aug. verbis utar, mutatio rerum in sua potestate constitutarum. De ira autem Dei ita scribit in Enchiridio cap. 33: quum Deus iratus dicitur, non ejus significatur perturbatio, qualis est in animo irascentis hominis, sed ex humanis motibus translato vocabulo vindicta ejus, quæ non nisi justa est, iræ nomen accepit. Et de furore autem Dei super illud psalmi 105 et iratus est furore Dominus, scribit: noluerunt quidam interpretes nostri iram ponere... quidam posuerunt, quidam vero indignationem, quidam aliud interpretati sunt. Quodlibet autem horum dicatur, perturbatio non cadit in Deum; sed de consuetudine translatum potentia vindicandi hoc nomen accepit. Afflictio illa spiritus sancti, quam ponit Isaias, non aliud significat, quam maximam exacerbantem impietatis. Dei zelotypiam nunc honoris sui rerum, nunc vero ardentissimam immensam erga nos dilectionem, gignit Deus, ut Augustinus ibi. contra Adimantum

=quando eum paenitet, non movetur et mutat: quando irascitur non movetur, et vindicat: quando miseretur, non dolet, et liberat: et quando zelat non cruciatur, et cruciat. Ratio omnium ratio theologica est, quia Deo utpote a se et infinite perfecto in omni genere perfectionis immutabilitas convenit per identitatem; et ideo ejusmodi locutiones non sunt propriae, sed metaphoricae, et ad nostrum captum accommodatae.

76 Obj. 2o. Deo contingunt in tempore reales denominationes creatoris, domini, judicis, quas antea non habebat; ergo intrinsece acquirit aliquid, de quo non habebat, et ideo mutatur. Antec. prob.: nam ante mundi creationem nec dicebatur, nec erat creator, vel dominus mundi, vel judex hominum, sicut postea est factus, et dictus. Confirmatur primo. Ille revera mutatur, qui non operante ab aeterno factus est operans in tempore, et non creante creans; atqui talis est Deus: non est ab aeterno, sed in tempore mundum condidit, ut narrat Genesis ab initio; ergo. Confirmatur secundo. Haec denominatio Deo accessit ratione creationis quae est ejus ad extra operatio, sed haec operatio peracta in tempore est intrinseca Deo, imo Deus ipse; ergo. Confirmatur tertio. Deus aliquando odio habet peccantem, et quando emendatur amat contritum; sed hoc odium, hic amor, est aliquid ipsi Deo intrinsecum. 78

77 R. 1o. non hic agere de substantia dogmatis, hoc est de perfectione Dei immutabilitatis quae Deo tribuitur in Scripturis, Cc. et PP., et ratio theologica manifeste evincit; sed de modo explicandi dogmatis idest conciliandi hanc immutabilitatem in Deo cum creationis contingentia, et libertate. Haec est quaestio scholastica, in qua salvo, et integro dog-

mat, Doctores Catholici in diversas iverunt sententias, seu modos explicandi, quos in seq. art. referemus. Hoc igitur in loco his, et aliis hujusmodi objectionibus illud respondere nobis satis est, quod reponebat Aug. Pelagianis, qui contra existentiam peccati originalis, aperte traditam in scripturis, objiciebant difficultatem explicandi modum traductionis illius in posteros. Ajebat itaque S. D. libro de peccatorum meritis cap. 4: ego etsi refellere istorum argumenta non valeam, video tamen inhaerendum esse iis, quae in scripturis sunt apertissima, ut ex his revelentur obscura: aut, si mens nondum est idonea, quae possit ea vel demonstrata cernere, vel abstrusa investigare sine ulla haesitatione credantur. Ita nos in praesenti. Substantia dogmatis de divina immutabilitate apertissima constat ex scripturis SS., et PP., nec non ex ratione Theologica, unde etiamsi impares essemus iis solvendis, quae ex parte modi contra afferuntur, nihilominus standum esset sacrae auctoritati, et credenda Dei immutabilitas. Quod dictum esse volumus de omnibus aliis veritatibus dogmaticis. Venio ad abundantiam.

78 R. 2do, ea, quae dicuntur de Deo partim dici secundum se, partim connotative, seu per ordinem ad creaturas, quales sunt ejusmodi denominationes nempe Creatoris, mundi, Domini, et judicis hominum. Porro in iis, quae connotative dicuntur, ut nova habeatur denominatio, sufficit, si solus terminus mutetur. Habemus exemplum in singulis relationibus, et praesertim in nummo, qui absque ulla sui mutatione jam est pretium, jam pignus. Ad argumentum itaque

